QVAE LABORANTEIS VTERO PVELL.] Eandem elle Dianam, Ilichyiam, Lucinam, Geniralem, ex hoc loco, & ex carmine fæculari pro imperio populi Romani, intelligere licet: ono in carmine tribus his postremis nominibus eam appellat. Rite maturos aperire partus Lenis Ilithyia, tuere matres, Sine tu Lucina probas Socari, feu Genitalis. de qua fic M. Tull. 2. de 207 Batur. deor. Dianamautem candem effe putant, à lucendo viramque nominatam. Itaque és apud Gracos Dianam,e.imque Luciferam: fic apudnos Iunonem Lucinam in pariendo invocant: que cadem Diana anninaga dicitur, non à Venando : (ed quòd in feptem numeratur tamquam Sagantibut. Diana ditta, quia nottu quafi diem efficeret. Adhibetur autem ad partus , quòd ij maiurefcunt aut feptem nonunmqnam, at plernmque nonem Luna curfibus qui,quia menfa fatia conficient, menfes nominantur. concinnéque, St multa, Timaus, qui, cum in historia diziffet,qua notie natus Alexander effet eadem Diane Epbefia templum deflagrauiffe, adiumxit, minime id effe mirandum,quod Diana,cum in partu Olympiadu adeffe Soluiffet,afuiffet domo, haetenus M. Tull. Sed cum Diana Latonz : llithyia autem Iunonis fit filia : qui poteit elle eadem Diana & Ilichyia? Atqui Pindarus Nem.carmine fexto, Ilithyiam, & Iunonis effe filiam,& presto adeffe partubus, non obscure fignificat. llithyia (inquit) que Parcis affides, filia Iunonis. filiorum genitrix : fine te neque diem , neque noctem afpicimus, neque pubefcimus. Pindari vesba fim hzc, ii quis magis delectarur Grzeis: Einel que minscher pologi, Base Qeiner, mi popa-אמר שיושר, האופטיטיוי, אפשה. אוידדופט דומוטי. מד לנו די אדו שי קשמה , טי על אמטימו לאשועדרה לי קאידמי דומי ש-Araparisiday of a yar your your hear. Heliodusitem Ilithyiam Iunonis filiam facit in Theogon. id The in Apre, & cianity a inniter. Homerus autem lithyiam, popistor, quali poporar, quod raist moriene, afer rus ronges, id eft, laborantem, feu occupatam in partubus, appellat itud. m. his verbis Avrile int in second sings air of the Etasage and for the site of a and the interior second to a site of A.nuancromultitudinis po pringus eine dyas Iunonis filias appellat, Os of oner addinene in Bines έψη γαναίης Δειμύ, τόπ αφιθίσι μογή πησι είλεί θημη Hens Juza πίριs. ideft. Quemadmodum aurem cim selum acutum atque amarum, mulierem partus dolores fenrientem tenet, tum procedunt Ilithyiz partns laborem leuantes, Iunonis filiz, &c. & Theoeritus بالاركة. بورون مرور المرور الم svæv, Paulanias quoque aliam facit à Diana, & Iunonis filiam dicit haberi: quin etiam eam Laton a partum adumile ab Hyperboreis profectam : cereros homines autem Ilithyiz nomen ab his didicille: Delios quoque ei factificare, & carmé in eius laudem de partus doloribus cantate: Ctetas verò existimare l'ithyiam in Cnossia regione natam, & Iunonis filiam elle. Pausanizverbalunt hac: Att. la in hover it varplopin is Anno, Hoi Sau Bontor rais Annos adire. Toos d' ઢંં Μους તમારે ઓંજે વિયતો જે લંગેલ્સી નંત્ર મહારી નેંગ મેટે છેંગ મહા. મેનું પ્રેપ્ટ જા તમે તમે સીધેલ Δર્શનાના છે. પૈયાગ ને નેટિવેલા છે -Diros. Kon tes j + zwieges + Kraatias de Auere & Stor Stur venilover eine ton to migos fires ine. Idem Arcad. narrat fellithyiz statuam vidisfe apud Agyenseis à Dasmophonte fistam, quz tota esfet à capite vique ad calcem vefte textili te da, cuiuque nihil effet nudum. præter faciem & ex, tremas manus, & pedes:eius alteram manum porrectam effe, & explicatam : altera facem tonere:quz res vnum è duobus fignificaret, vel partus dolores muliebribus inftar ignis effe : vel illam pueros ex viero matris in Iucem, acque in lumi nis oras (viait ille) protrahere. verba Pau- 🧉 fanix funthzc: Astig of dirigory n's as dir of Sadar, on yuorugu co ire C wip dois at ad ins. Exert לן בי אוֹן אין גאין לושט מו לשמוג, איז היא היא אין איז א היג אשי מיש ערש דעל אין Plato autem in Theztero candem effe Dianam, & Ilithyiam putat, vt ex eius verbis perspicuum effe poteft. منازمه خ **Εδείδ**ικίαν γιαραδημαύτω χυϊστομομίω το Είχτουσαν άλλας μαγοί η θαι, φασίν είναι τω Αρπαμιν, «π ظهره يخت تلك كريراهه ظميروا ما وال , coulam autem , cur nulla mulier , quz ipla grauida fieri, & parere posit, obstetricis munerefungatur, aiunt hancesse, quòd Diana à pariendo immunis maturandorum, & procurandorum partuum provinciam nacta eft. Plutarch. Sympol. 3. probl. I.de luna loquens : Aizarray ) C 200: מידוג למי מינטון יריו. ל חבו א לאו עלשטינ ביוו אל של של של אי א שלא אב בא דופיה אובלאסי שב לא היאויושר יישר יוֹעמן ב דוע בדירעוי, איצרומי, ב פואנו לעמו כהו שישני ו דופי יו דעי הואיnho worked Sau.ideft, aiunt autem lunam etiam ad pariendi facilitatem', & felicitatem adiumento effe, cum eft femiplena, remiffione & relaxatione rerum liquidarum & humidarum partus dolores efficientem molliores, & leuiores. Ex quo arbitror etiam Dianam Lochiam, id eft, partuum præfidem atque arbitram, & Ilithyiam, vtpote quæ non fit alia à luna, effe nominatam. Idem Plutarchus ibidem lunam à Timotheo quodam d'autinge oftendit effe appellatam, id eft, ad accelerandos partus vtilem . Plautus , Terentius Varro, Catullus, & ceteri Latini, Iunonem Lucinam con:uncte, vel Lucinam tantum efferüt. Terent Heautontim. Tuns Lucina fer opem. & item alibi. Plaut. Aulul. Iuno Lucina tuam fidem. Catullin carmine faculari ad Dianam, Tu -18.5. " Hüj

208 foluentem zonam appellat. Erfu 26 oi Acituae ibeiourt Aucičer Arnyisac fryarne filosoviktu sidistore. H diei di physicon mecistero.id eft, hie enim llichyiom inclamauit, que zonam foluir, Antigonz filia doloribus partus grautter affecta. Illa autem ei prasto futura, & apud eam permäfura adftabat. Virgil.etiam ad equas transfert Georg. 3. Etas Lacinam, istifofque pats Hymemaes Definit antè decem: post quatteor incipit annos. Oppian.lib.t. partus dolores omnibus animantibus acerbos, & molettos effe fignificans, ficait, Os si pitolio yfold, sid i yfort paies O muran, i di ace pagine intropinatione y murate a Argen, muri di oisi i may fiss oiraitan. 1. Quàm non facilem ortum, feu nalcendi rationem ne pifcibus quidem fata tribuerunt ! neq: terrettribus folum faminis dolores incidunt, omni antem in loco graues funt llithyiz! Cur eadem genizalis dicatur, ex iis, quz fuprà exposita funt, intelligere licet: qua de re tamen nonmail dicemus ad carmen illud fizeulare, quod elt post epod.

DIVA TRIFORMIS Jeiney des Athenzus lib.7. ait Apollodorum feribere in tibris de Diis, triglam Hecatz immolari propter communitatem. & consunctionem nominis. Deam enim effe triformem. fic Athen. An Middees & Gis afer 9100, tij Easten and Sister siyale alge the alge trig ingens eizerinne. fic Athen. An Middees & Gis afer 9100, tij Easten and Sister siyale alge the alge trig ingens eizerinne. fic Athen. An Middees & Gis afer 9100, tij Easten and Sister siyale alge the alge trig ingens eizerinne. fic Athen. An Middees & Gis afer 9100, tij Easten and Sister Signature alge the alge the algest and the algest and the algest and the algest algest algest algest and the algest 
IMMININS VILLAE TVA P.]i. pinus, quæ villæ meæ imminet, tua efto. his verbis hane pinum Dianæ confectat.

SXACTOS]confectos per exactos annos, ideft, quotannis.

OBLIQUVM MEDETANTIS]qui dum cæditur, conetur morfione obliqua eum, à quo cadatur, malè multare : vel qui videatur se ad obliquas morfiones asluefacere, & exercere. bæ enim vis eft verbi medirands propria, quod à Græco μελετώ tractum eft.

# AD PHIDILEM.

# Od. 23.

### ARGVMENTVM.

Digitized by Google

Suadens, vt deos puris manibus, & confcientia bene acta vite colat.

Alo supinas si tuleris manua Nascente luna, rustica Phidile: Si ture placaris, & borna Fruge Lareis, anidáque porca: Nec pestilentem sentiet Africum Facunda vitis, nec sterilem seges Rubiginem, ant dulces alumni

# 246

:

1.11

\* Pomifere grane tempsi anno. Nam, qua ninali pafeitur \* Algrdo \* Denota, quereus inter, & ilices : Aut crefeit Albanis in herbis Victima, pontifionm fecureis Cernice tinguet .te nihil attines Tentare multa cade bidentium. Parnos \* coronantem marino Rore deos fragilia, myrto. \* fmmunis aram fitetigit manus : Non fumtuofa blandior hoftia, Mollibit anerfos Penateis Farre pio, & faliente mica.

CALLO SVFINAS] notat interpres Hom.ad illum verfum, iludol. v. Audi of informa, Stoin 3 ziers aires aire anter antem precati funt, to ad deas mana fuffulerunt, folices che heroas manibus in calam fublatis louem, cererolque deos calefteis precari marinos, ad mare porre-Chis: manes, & inferos, terra percufia. Primi moris exempla funchese Virg. An. 1. Ingenit, & dupliceis sédens ad fidera palma, Talia Voce refers. Idem fecundo Aneid. Šufulis exus as Vin- clis ad fidera palmas. Idem Aneid. 3. Tendóque fupinas Ad celum cum vocemanas. & quarto, ; Multa Ionem manibes fupplex or affe fupinse. Lucretius libro quinto, & pandeve palmas Ante Dennedetabra Salluft.contur. Catil. manne supplices ad calum tendere, misterari parnos liberos, segurare Deos. Hom. مَعْلَى مَنْ اللَّهُ مِنْ وَمَوْلَ مَعْلَمُ مَنْ وَعَلَيْهُمْ مَنْ اللَّهُ مَنْ المالي الم aigens ad calum ftellatum. Apollon.libr. ו איץ מו ז אישימותוה חואאש אפלא מישור אישיול איישיא אישיא איישיא איישי ries anour Eogladur vin or the Sound's i min or a liter saucen valde multure ad deos عامي المراجع عليه علي الم immortaleis in ozhen manus fuftulerunt, orantes vtiuçundum reditum daront. prz latitia aranus ad calum tollicille apud Hor. Sat. g. lib. 2. dones a be iam, Ad calum manifes fublaris, dixem forze. Secundi hochunc mihi exemplum fuccurrit. Virg. Encid. 4. Nipalman ponto tendem Strafque Eleanthm Fudifferque proces, deubfque in Sota Sota ffet . Dij, quibm imperium pelage. Poltremi furchase. Eurip ing & a your ground sours mild' inor, is plass, on an dy aves t'i- . . . 4 prov, the second of Opinia we wigt, id est, o inferi, leu cerrestres dij:lernare filium meum, qui folus ædium mearum ansora Thraciam niuofam tenet. ad quem locum vetus interpres aidivegs notat, hillrioné, cum hæc verba loqueretus, terram pedib pullalle. Ide Oreit. mirna, minna wig in white min more reason β. ", Egilige in, i. Ovenerands venerands noz, que fomnum largizis laboriofis mortalibus : Ex Erebo prodi. Hom. ind A. .. Romai j & grafan nordoge for gapoir d-كشة السكن فأكأنه , Cimerla' Morri firmar , id eft , fape autem ettam terram multa alimenti genera hominibus præbenem manibus pullabat. Plutonem invocans: & laudabilem Proferpinam, idem & cum mortuos appellabant.M. Tull. Tufci 2. Two Cleanthem.com pede terram perenfiffer, Serfum en Epigenis diniffe ferunt, Andifue bac, Amphiarae, fub terram abdite? Zenonem fignificabas, à quo illum depenerare dolebas:

AVITICA PHIDILI]libri aliquot veteres habent, ruftica Phillide.ego nihil muto:quamquam legendum potius fortaffe eli Phidale, ve intelligamus, fignificari nomine ipfo puellam quandam rufticam, parcam & à fumtu abhorrentem.

HORNA FRVOI hornotina : huias anni. Od.2.epod. Es horna dulci vina promens dolio. M. Tall. Vert. de antea chis. frumensum hornotinum. Propert libr. 4. 184 dies hornis cadem donumentat agnis.

Avroio ys Porca jeur Latibus porcam leu porcum veteresimmolarent, annotatum ch fuprà adillam locum, & porco bimofiri. Od. 17. ciusa libri.

TERILIM RVBIGINEM] Virgilius Georg. 1. malamvocat. Mex & fumentu laber aldison, Sot malaculmos Effet subigo.a speciat appellat Ouidius.

POMIFERO ORAVE TEMP. ANNO ] anclunnum fignificae; quem pomiferum item appellat Od 7. libr. 4. funni Pomifer auchunnus früger effuderte. 80 Od 2. libr. epok fie daktibin Vel cum deconum mitibus pomis caput Auchunnum arom estudie. grane dutem temptishoe loco diete, quia peftilene, 80 infatubre, vt Serty 7. libr. 2. Auchunnus/gue granis Libirina gueffus aoerbe. Animes voeane Grzeiordo eft: aut dulces alumni grauotempushon fennant anno pomafero, id eft, anni patte pomifera, nempe auchunoo NIVALI ALGIDO] Algidum, mons, & vrbseuldem nominis. fup. Od. 12 lib, 1. gelidna appellat. Od. 4. lib. 4. Nigra feraci frondis in Algido.

DE VOTA] VOTA, & promilla, seu obligata ex voto sic deuotos appellat Czsar libr.3. de bello Gallico, soldurios illos, qui, cuius amicitiz se deuonissent, cum eo ornaibus in vita commodis fruebantur : omnia rursus incommoda, & mala perferebant. suprà arborem illam, cuius casa propemodum oppressives est, deuotam nominatir, Od.4. etusid. lib.

VICTIMA] ouis bima, feu bidens: vel maioraliqua hoftia, {veraurus candidus, qui immolabaturin monte Albano à pontifice. Arnobius lib. 2, in Albano antiquitus monte nullos alios licebat, quàm niuei tauros immolare candoris. }

PONTIFIC. SECVR. CERVI. TING ]à pontificibus publice immolabitut.

BIDENTIVM]bidentes (inquit Feftus) funt pecudes, fen oues que duos demois cereris longoores habent. led alij, quorum fententia à doctis probatur magis, siunt bidenteis dictas effe, quafi biennes, quòd bimæ immolarentur. Virgil.libr, 5. Æn, sedis quimas de more bidenteis. Idem 6. totidem lettas de more bidenteis.

PARVOS CORONANTEM, &c. ] te, que paruos deos habes domi.

MARINO RORE] rore marino, seurosmarino, coronario scilicet, quem describit Dioscorlib.3.cap.89.

IMMVN. ARAM SI TETIG.] manus immunis propriè, quz nihil porrigit, inanis, r. C.d. 12. libr. 4. Manego 16 moie. Immunem meditor tingere poculis, i deft, nihil afferentem. & cpift. af Villic.lib. 1. Quene feis immunem meditor tingere poculis, i deft, nihil afferentem. & cpift. af Villic.lib. 1. Quene feis immunem Cymara placuiffexapati. Yirgilib. 4. Georg. Immunifgan federe, aliona ad pabula fucus. fed hoc loco viderur fubaudiri, à feelerei us fit, manus à feelere, aut cuie. pa immunis. & ita Acr. & Rorphyr. Sed videri posit, hoc loco immune fignificare improbatie quemadmodum apud Plautum, immune, fea immane est facienes, ve docer Fellus. quod fa cai placeat, dicendum erit, hanc este huis loci featentiam. Si manus improba, & impura decomm. aram tanget, id eft, fi mente impura deos orabis, fumtuola hoftia deos non mollice, nequodir ficies factificiorum fumtu, ve ruz victimz diis fint gratiores: ied farre pio, & faliente mica deos placeatis. Solebant autem orantes aram cangere seu tenere. Itaque Varro rerum diuinar lib. 5. (verefert Mactob.lib.3.) foribit, aras primum: anfas differ metel flet metel faripine de face for tibus enteneri: quemadmodum % aforum anfas diffus, quid effet metel face more and ficiens Virg. En. 12. vt & hic Horatius, Launum Regem fie facet loquentem. Tange aras; madiáfque ignos: 50 numina teffer. Idem Æn. 4. Talibus arastemen dictus araf gang tenente. & thibus. 10 6. Talibus orabat dictus, aráfque tenebas & M. Tull. pro Elacco. quifi arastements aret, see

deret nemo, per epiftolam, quod Solet, sniwratus probabit?

NON SVMT. BLAND. HOST.&c.] fumtuofa hoftia funt septimi calus hanque est huius . loci fententia. fi tua manus immunis, id eft, fine vila victima, vel, ve alij, innocens aram tetigit: zquè placabit & flectet deos familiareis farre, & mica falis, nihilo gratior Diis futura propter. fumtuolam aliquam boltiam. quòd fi immunis pro improbo accipiatur, fiectit bic locus explicandus vepaulto ante diximus, ad illa verba, Immunia ar am cor. Plato in Alcibiade & perspicue oftendit, Deos immortaleis, summofas hostias non spestase, led animorum integritatem,& preces, feu bona verba, quam ille appellat diquinin : idque Ammonis araquio relponfun effe dicit. Cum enim quondam inter Athenienfeis ac Laceder monior diffidires, bellang: . grauiflimum natum effet: accideret autem, vt multis prodiis mari & terra commilis, leinper Athenienies magna clade accepta inferiores difeederent, cos indignanteis & confiliu inopialaboranteis neg; vllum malorum przfentium remedium reperienceis, decreuille taudem quàm, 🖡 optimum effe louem Ammonem hac de re confulere, & prætereà rogare quare vincescotur, cum ipi holias amnium Grzcorum & plurimas & pulcherrimas diisimmortalibus immolareat, cottingueremplaplurimis & cariflimis donis ornarent, pompas deniq; facemut follenneis & magnificentifimas, & fumptuofifimas, Lacedæmonij autem nihil quicquam tale onfinino curarent immo verò ita effentin has re negligentes, vi la pè hoftias mancas ac debileis mactarent, cum effent nihilo minus opnienti, quam Athenienfium ciuirase hoc roum re-Ipoudille Ammonem Lacedamoniorum di φημίαν, id eft, bona verba, Deo elle gratiora, quàm vniuerías Græcorum victimas. bona verba antem Socrates interpretatur precessite conce-pras, & iuftes : aisque hominibus magnopere effe cogitandum, & videndum, quas precesdis immortalibus nuncupent. Deos enim immortaleis neque bobus auratis, neque talibus victi... mis,neque precibus maledicentiz, quem Grzei blafphemiem nomipant, plenis fed bonis de-Ctis placasi. Anier 20 ein (inquit) ei ache le duer ni ache lie Jurine dontatimman quir ei geoi, anie -14 pois the Anthe & more of are adapoliners orns, garapeoners artisme river, &c. id cl. absurdum enim sit & ingemiscendum, si dij donanastra, & sacrificia spetient men animum, tic. dein-

148

U.A

deinde fequitut: illi Serò cùm muneribus non corrumpantur, ha comnia contemnunt. Sic & Xemophon. Saura. Avoitas 's fivur puspai dai puspeir, sidir nywiro pesidd T dai nodeni C puspai dar node e puspai a fivirur. E ro S Eis freis, ion, ng de circuit puspeir puspeir five dades, i ruis puspeir is a e puspai a sono cuireis (à ruegi T nongêr păder ni ni ruegi T genstir drea rusaes e pipia. O'r ao fis a spaines atter sono five si a ruegi T de nongêr păder ni ruegi T genstir drea rusaes e pipia e a nade cuireis (à ruegi T nongêr păder ne pipir păder puspeir di se suspeire de cuires field a se and cuireis (à ruegi T de nongêr păder pipi pipi ne se ne and a cuireis fi genfir ad cuire sono five first states T de negi T de nongêr păder pipir pipir pipir di se se para a se a cuirei first ere para a mane a se se se se cuire s ruegi T de se se con cuire e first a se se se cuire fare a se se se se se cuire condicione e fir parabat in qui de multa a con agenta multa, com agent immolent . Nam neque Din honeflum fore, fi magna fareitora en fatura, quirm, qua a vira bonis : neque hominibus viram optabilem, aut virale futuram, fi, que ab improba doacentar, dia fint gratiora, quam, qua a probie, quin exifimadat de os immortalea hominum piorem cultu, comuneribus magnopere delectari. Iterum Plato in Euthyphrone ait. dona noftra (dona autem, quz Diis ab hominibus dari debent, fiint hun, piese za es, i.honos, decus, gratia) air igitur Plato dona noftra Diis nihil prodefle.

AVERSOS PENATES Od. XI. epod. Preces & averfum ad Iouem.

FARRE PIO ET S. M. Jadhunc locum pertinent, quz feribuntur à Philoftrato de Pythagora initio libri 1.de vita Apollonij, memoriz effe proditum, Pythagoram aras fanguine non afperfiffe, fed tus, & placentam, & hymnos diisimm ortalibus, & fimilia. diis foliuum facrificare. quibufcum congruunt illa M. Tullij libr. 3.de nat. deorum. Quamquam Pythagorau cum in geometria quiddam nosi inueniffet, mufit beuem immolasfe dicutur. Sed id quidem non credo: quoniam ille ne Apollini quidem Delio hoftiam immolasfe voluit, ne aram fanguine affergeret. [Sed quod ad far pium attinet, hoc pontificale eft, & ad facrificiorum Romanorum confuctudinem referendum eft: quod indicat & Arnobius lib.7. aduerfus genteis his verbis, neque ipfe Romulus, aut religionibus artifex in cominiferidis Numa, rus autefle feiuit, aut nafei:ve pium far monftrat, quo peragi mos fuit facrificiorum folemnium munia: & Seru. ad illum locum Virg. En 11. Dant finges manibus falfas, & tempora forro Summa notant pecudam, & c. Fruges falfas (inquit) far & fal:quibus rebus & cultur afpergebantur, & victimz. Erant autem probationes, vtrum effet animal aptum facrificio, & c.

SALIENTE MICA] i. mica falis. Tibull.lib.3.eleg; 4. At natum in curas hominum genas, omnia notis Farre pio placant, & faliente fale. Idem lib: 4.ad Mcfial. Paruáque caleftes placauis mica. Catull. Non eff in tanto corpore mica falis.

# IN AVAROS. Od. 24.

### ARGVMENTVM

In auaros inuchitur, qui domos domibus fubinde addunt, in ipfo etiam mari ædificantes: cùm tamen nulla ædificia neceffitate mortis eos liberare poffint. Scythas, qui plauftris domos fuas trahār, & in commune agros colant, feliciores effe ait. Quinetiam eam morum corruptelam & peccandi licentiam apud hos effe negat, quæ fit apud Romanos. Ad hæc autem mala extirpanda, vnà cum praua illa augendi opes cupiditare, difeiplina afperiore øpus effe dicit.

\* Ntactiu opnlentior Thefauris Arabum, & dinitis India, \* Camentis licet occupes Tyrrhenum omne tuu, & mare Apullicum.: Sifigit \* adamantinos Summis verticibus diraneceffitas Clauos:non animum metu,

-1 · . . .

Digitized by Google

2 11

### CARMINVM

Non mortis laqueis\*expedies caput. (ampestres melius Scythe, Quorum plaustra vagas ritè trahunt domos, Vinnnt & rigidi Geta: \* Immetata quibus ingera liberas Fruges, & Cererem ferunt: Nec cultur a placet longior annua: \*Defunctúmque laboribus Æqualirecreat forte vicarim. Illic matre carentibus. Prinignic mulier temperat \* innocens : Nec dotata \* regit virum\_ Coniux:nec nitido fidit adultero. Dos est magna parentium Virtus, & metuens alterina viri Certo fadero castitas. Et peccare nefas, aut\*pretium est mori. O,quifquis volet impias Cadeis, & rabiem tollere cinicam.; Si quaret pater urbinm. Subscribistatuis, indomitam andeat Refrenare licentiam. \*Clarus post genitis, quatinus, beu nefas, Virtutem incolumem odimus. Sublatam ex oculis quarimus inuidi : Quid triftes querimonia, Si non supplicio culpareciditur ? Quid leges fine moribus Vana proficient, fi neque fernidie Pars inclusa caloribus Mundi, nec Borea finitimum latue, Durateg foloninès Mersatorem abigunt?horrida callidi \*Vincunt aquorananita. Magnum pauperies\* opprobrium inbes Quidnis & facere, & pati: Virtutifque viam deferit ardue. Velnos in Capitolium, Que clamor vocat, & turba fauentium.: Pelnos in mare proximum\_ Gemma, & lapides, aurum & inutile, Summi materiam mali, Mutamus. scelerum si bene poenitet: Eradenda Cupidinis Prani funt elementa: E tenera nimie Mentes asperioribus Formandestudiu. \*nescie equorudie

150

Digitized by Google

Hart

Harere ingenuu puer: Venarig timet ludere doctior, Seu Graco iubeas, trocho, Seu malu vetita legibus alea: Cùm periura patris fides Confortem focium fallat, Shosfitem: Indignóg pecuniam Heredi properet: fcilicet improba Crefcunt diuttie, tamen. \* Curta nefcio quid femper abest rei.

INTACTIS OPVL. THES. ARAB.] luprà Od.29.lib.1.Beatas Arabam GaZas dixit,& leaunda epift.ad Mæcen.lib.1. Dissistas Arabam. Intactos autem thelauros intellige dictos elfe, quia nondum Roman.arma fenferant. fic Propert. India quin Auguste tuo das colla triumpho: 212 Et domus intacta te tremit Arabia.

CAEMENTIS]lapidibus czfis, vt füp.Od.1. huius lib. huc frequens Camenta demittit rédétor. MARE APVLLICVM]fic reperi foriptum in duob\_libr. Vatic. & item Faërn. Torn.in codice Donati autem Pomicum erat recenti manu foriptum, & in litura. Iam, quòd ad fyllabas attinet, fimile eft illud Od.4. huius libr. Altricu extra limen Apullia.

ADANANTINOS, & C. Jolidiffinos, firmiffinos, fortaffe, quos fup. Od. 35. lib. 1. clauos trabalais dixit, hîc nominat adamantinos. vtrobique enim vim & firmitatem, & pæne dicam æteroitatem neceffitatis fignificat. Plato quidem lib. de rep. decimo ad a μαστίνως, id eft, adamantine, vfurpat pro eo, quod eft i χυρίσε & μετακινή τως, his vtrbis, ad a μαστίνως (inquit) du Gui τω τω Hξασ ' χυτα eis & δου iiraq. Neque temere porrò, neque inepte adamantini claui τη ava (any id eft, neceffitati, quæ eadem fere eft hoc loco, atque ei μαριβρία, tribuuntur. Significatur enim fati, mortífque neceffitats immutabilis, & vis inuicta. Pindarus autem cùm de alia neceffitate loquatur, ita quærit ex mufa: Quod periculum Argonautas folidis ex adamante clauis vinctos ad nauigandum impuhit? fic Pindar. τίν δωνος κοιστιοις ad du μαστις δησιν άλοις; i deft, quod periculum neceffarium coëgit, vt nauigarent? Æfchylus autem in Prometh. ad a μαστίνως πίδησι dicit pro folidiffimis ac duriffimis. vide annot.ad Od.3.& 35. lib.1.

DIRA linfefta, triftis, horribilis:vt & alibi.

NON MORTIS LAQ. EXP.] expedies, îd eff, explicabis, extricabis. sunt enim hi laquei d'qualos, & a' διέξοδι, id est, inexplicabiles, & quos effugere nemo queat. Homer. tantam vim Pareze este dicit, vt ne Dij quidem ab eo, qui sibi sit carus, mortem propulsare possint, vbi eum Pareze femel comprehenderit. Verba Homeri sunt hzc, idvos. y. AN' into Juinator 1800 ingüior, sibi Jeoie Kai φίλα aid ji dui autru a'λαλαίμου öπποτί xes di Mossi idos ing Jihnor (annazodos Junditos. id est, At profecto mortem, omnibus z què infestam, ne dij quide ab homine amico arcere possiunt, vbi eum Parca mortis longum somnum dantis comprehenderit.

CAMPEST. MEL. SCYTHAE] supr.Od.35. lib.1. profugos appellauit. Strabo uuge formois, id eft, in plaustris habitanteis, camquamin domibus.

RIGIDI GETAE] currigidi? an quòd funt cælibes, & difino, id eft, fine foco & familia? an quod a lim, id eft, carentes rebus ad victum paratis, & congeftis, feu vitæ cultu vtentes tenuiffimo,parciflimo,ac duriflimo? quæ etiam de Scythis tradita funt :ob ídque هذهبه appellantur ab Homero. Quin coldem in a ve cheve ve cheve appellant tum alij Grzei poërz, tum in primis Homerus: id eft, equorum emulctores. Dionyf. Alex. Ergu peral x hanol re, C anipes in my gayo. Homerus ίλι 2 ή. ν. αύτος ή παλίν τζίπι δοσε φαειτώ Νόσφινέφ ίππι πέλ. » βρηκών ησθορώ μορος αίαν Μυσών α[-ter]reflexit.oculos lucidos longe ab vrbe Troia ad terram Thracum in ftudio equoi um affidue refanrium refpiciens, & Myforum comminus pugnannum, & admirabilium Scytharum equas mulgenuum, & lac potantium, in diem viuentium, rebúsque ad victum ante paratis carentium, hominum iustissimorum. Ex quibus versibus cognoscere licer, per hippemolgos, id eft, equarum emulttores, Scythas, & populos illos ompeis effeintelligedos, qui ab occaiu, mari Sarmatico, & Gothico : ab ortu, palude Mæotide & Tanaï, & Pónto Euxino : à meridie. Æ-100,& Danubio:à Septentrione, hyperboreis gentibus, & Rhipzis montibus continentur. hac R nt ntiam adiuuat Herodorus.qui in Melpomene narrat, Scythas equas mulgere,& lacearum valis exceptum potare: id quod testatur & Strabo lib.7. 🗤

IMMETATA QVIBVS] quorum agri, nullis cum limitibus fint inter fe feparati, aut diftincti, fed communes, etiam fruges efferunt liberas & communes. *immetata* autem iugera accipe, nullis metis, id eft terminis diftincta, vel nullis decempedis dimenfa, aut defcripta lege quz fuprà notauimus ad illum locum, *nulla decempedis Metata*, &c. Od. 15. lib. 2.

NEC CVLTVRA PLACET, &c.] nemo vnus per omnem vitam in eodem agro colendo verfatur : fed alij ad certum numerum difcripti ac diftributi vnum annum agrum colunt: anno fubfequente fuccedunt his alij ad eundem numerum:quiefcunt ij, qui fuperiore anno coluerat. & ita deinceps. Atque hanc fententiam declarant ea verba, que ftatim fequuntur: Defuncti maque laboribus Aquali recreat forte Vicarius, id eft, eum, qui in labore annum verfatus eóq: labore defunctus eft, vicarius, qui eius locum, vicém que fubit, reficitac recreat zquali forte, id eft, dat illi fui reficiendi facultatem, zquali forte. i. dat illi fui reficiendi facultatem, zquali agri colendi, laborifque perferendi condicione viciffim accepta. Sic Czfar de Sueuis lib. 4. de bello Gall. Hi centum pagos babere dicuntur, ex quibus quotannis fingula millia armatorum bellandi caufa fuus ex finibus educunt. Reliqui, qui domi manferint, fe, atque illos alunt. Hirurfu cauicem annio post in armis funt : illi domi remanent. Sicneque agri cultura, neque ratio, atque f fus belli intermittitur.

TEMPERAT] nouerca manus abstinet à priuignis:priuignis parcit, neque eis infidias comparat, vllámve perniciem molitur, vt folent nouercæ. fic loquitur & Virg. Georg. 1. Iam fibi tame curuis male temperat unda carinis. & M. Tull. Verr. 4. fiue accufation. fibr. 2. non folum focim su

2.13 eo bello confuluit. Serumetiam superatis hostibus temperauit, ibidem: si cuignam denique Sa in re Smquam temperauerit, St es Sos quoque temperetus. Idem lib.1. Te putet quisquam cim ab stalia freto dissunctus essessi temperasses Sallust. coniur. Catil. Quippe secunda res sapierima animos satigant: nedum illi corruptu moribus, Sistoria temperarent. fic enim hunc locum emédauinus, cum in omnibus libris vulgatis corrupte legatur obtemperarent. emédauimus & locum apud Cæs. lib a de bell. Gall. itidem corruptum, neque sibi homines feros ac barbaros temperaturos existimábat, quin, & c. vbi vulgo legitur obtemperaturos.

TEMPERAT INNOCENS] id eft, temperando priuignis eft innocens: vel in eo fe innocentem præftat, quòd temperat, vt diximus ad Od 8. huius libri.

NEC DOTATA REGIT VIRVM] regitvirum, id est, imperatviro, domina est viri vt suprà Od.9. Me nunc Thressa Chloë regit. Atistoteles lib. 8. de moribus, viri & vxoris societatem scribit esse anno thressa chloë regit. Atistoteles lib. 8. de moribus, viri & vxoris societatem scribit esse anno thressa chloë regit. Atistoteles lib. 8. de moribus, viri & vxoris societatem scribit esse anno the state of the s

NEC NITIDO FIDIT ADVLTERO] nitido, vel comto, & benè curato: vel vnguentis delibuto, vt annot.ad Ode 19. huius libr. & alibi. vel vt epiftol.7.. libr. I. ex nutido fit rufficm, at que Sulcos, & Suneta crepat mera.

A D V L T E R O ] amatori, vt sup. Od. 33 lib. 1. vel proprié accipe.

Dos EST MAGNA P. VIRT.] Querebaturiam suzate Theognis, nonspectari in yxore querenda genus, & parentum virtutem, sed pecuniam, his verbis: Kosovis, usite in sous difµusu, Kúpu, & in nous Euglaias: kai his Bishe rusite dia div Bhor Sur yusu jusulia neugo ou pustoding EDAis usite, fi in nous Euglaias: kai his Bishe rusite dia div Bhor Sur yusu jusulia neugo ou pustoding EDAis usite, fi in nous Euglaias: kai his Bishe rusite dia div Bhor Sur yusu jusulia neugo ou pustoding EDAis usite, fi in nous Euglaias: kai his Bishe rusite dia dia faminas, a maribus generos generos generos generos generos fieri : puellam autem vistos am a babet ant elias faminas, a maribus generos iniri, & grauidas fieri : puellam autem vistos am, & visios filiam vir bonase voorem ducere no magnopere dubitat. si modo magnam pecunia vim in dotem afferat. Magnam igitur habet dotem sponsa ait Horat. que honesto loco nata est. que ab alio viro absorrer. Non admodum diffimile est huic Horatiano, Plautinum illud in Amphy. Non ego illam mihi dotem duco essorem. & cognatum concordiam. Priscianus libr. 7. hune locum profert ostendens. parentium æquè, ac parentum visturum, nihil aliud est, quà quà quà dis sui, id est, vitare, & fuzoro tangi nolle, virannot. ad Od. 2. lib. 2.

ET PECCARE NEFAS, AVT PRETIVM]ideft,aut non putant illorum matronz fibilicere matrimonij castitatem, fidémque violare: aut si violant, extremo supplicio assiciuntur. sic infrà Od. 4. lib. 4. Culpam pana premit comes.

AVT PRETIVM EST MORI] id eft, aut merces eft peccati mors. fic viurpat vocem pretinm, epift.16. jib.1. Nec furtum feci, nec fugi, fi mihi dinae Serume: habes pretium: loris non vreris, aio.

. O, QUIS

Digitized by Google

O, QVISQVIS VOLIT ] fignificat, expeccandi licentia, & impunitate cædejs, belláque cipilia manare: que mala qui tollere velit, paréníque patriæ appellari cupiat, eum oportere leueriffienis legibus latis maleficia coërcere, & comprimere: in cos autem, qui leges neglexerint, acerrimè animaduertere. Placet autem mihi magnopere ca leriptura, quam in duodecim libris manufe.reperi. Cadois & rabiem, & c. vbi vulgati habent, aut rabiem.

SI QUAERET PATER]quidam lib.veteres habent, 6 quarit p.vrb. pater vrbium autem tale eft, vt fi diceret, parens patria.

REFRENARE] comprimere. fic dixit inicere frens licentis. Od. 15. li. 4. quem locum, quemadmodum emendauerimus, videto suo loco.

CLARVS POST GENITIS] clarus futurus polteris: immortalem nominis sui gloriam posteris traditurus. fic quidem habent nostri libri ferè omnes: Sed quidam aiunt se reperisse in vno item manusc. Carau. quam scripturam probo. & cita cum iis, quæ antecedunt, aptè hærebűt quæ sequuntur, quatinam odimas virt.incol.

QYATINVS, HEV NEFAS, VIRT.&c.] quatinus.legendum, non quatenus.& ita codic. Faerni,& vnus Vatic.& aliquot alij. Prztereà fic legendum effe docent veteres grammatici. in his Feftus. Pendent autem hze ex iis, quz proximè antecedunt, rationémq: continent, quamobrem dixerit, eum, qui res illas gefferit, clarum; feu carum fore non apud fuz z tatis homines, feu apid pofteros, hoc modo. quoniam (inquit) virtutem incolumem odinus, id eft, corum virtutem, qui viui funt, & incolumes : virorum autem virtute przitantium mortuorum defiderio afficimur. fed nomen *muidi* non videtur fuo loco effe positum: debuitque ponistatim poft verbum odimus. eft enim inuidi przitanteis & excellenteis viros odifle:mortuos defiderare non iteem. vt epist. ad August. lib. 2. diram qui contudit hydram, Notáque fatali portenta labore fubegis, Comperit inuidiam fupremo fine domari. Vrit enim fulgore fuo, qui pragrauat artem Infra fe positus, & c. fic Paterculus. naturalister audita Sifis laudamus libétims, & prafentia inuidia, praterita Scneratione profequimur: & hu nos obrus. illis instrui credimus.

VIRTVTEM INCOLVM. ODIM. SVBL. EX OC.]Non folum hoc devirtute, fed & deo- 214 mnibus aliis bonis verè dici poteft, tum denique nos intelligere quz funt bona, cum quz erant in noftra poteftare, quibuíque frui poteramus, ea amifimus : neque hoc folum ad inuidiam, fed etiam ad alia animi vitia pertinet. Plautus Capt. Tum denique homines noftra intelligemeu boma, Cum, qua in poteftare habuimus, ea amifimus. Sophoel. Aiace. Oi pap numoi yniquement apayos peoir Expression en fir la conduction de la conduction de la conduction de la conduction de la conduction y de conduction de la conduction y de la conduction y de la conduction y de conduction de la conduction y de la conduction de la conductidade la conduction de la conduction de

QVID TRIST. QVERIM. SI NON.&C.] non est fatis bonas leges ferri, sed oportet prætereà pœnas legib. constitutas de improbis siumi. Leges enim sine moribus nihil profuntreip. Et quemadmodum præclarè dictum est *ex malis moribus bonas leges natas esse : ita* bonis legibus hoc propositum esse debet, vt ciues bene sint morati: quem finem si lex non allequetur, inutilis & otiola futura est licet & aliter explicare, vt iam dicam.

QUID LEGES SINE MORIB. VANAE PROF.] licetetiam hunc locum fic explicare, ve per fe intelligatur, non vt e Iuperioribus duobus verfibus pendeat: hoc modo: Quid leges fine moribus Sana proficiunt? Non fatis est hominum peccata metu pænz coërcere, quod facit lex: fed etiam oportet ciueis à pueris bene institui, atque ad virtutem informari: quo facto, pauci erunt improbi, & fcelerati: & ita pænis à lege constitutis facile continebuntur. contrà fi nulla eris disciplina ciuium, omnes erunt inius i, libidinos, fcelerati, impij, cum alij tales euaserint natura, alij mala confuetudine naturæ bonitatem corruperint: quæ vitia funditus tollere lex non potest, quantumuis graueis atque acerbas pænas improbis infligat.

Sr NEQVE FERVIDIS, &c.] declarat qui fint perditi, & corrupti mores:nempe immenfum pecuniz fludium, & auarina, paupertatis pudor & timor: cupiditates, & fimiles animorum peftes. ex hoc fonte omnia reip.mala manarunt. pendent autem hzc ab uis, quz proximè antecedunt, hoc modo: Quid leges profunt fine moribus, verbi gratia, fi neq: ea mundi pars, quz immoderatis torretur caloribus, neque ex, quz frigore obriguerunt, mercatorem deterrent, quo minus pecuniam quzrat, & rem in dies magis ac magis amplificet? Has mildi patteis partim propter immoderatum ardorem (vt exiftimarunt antiqui) partim propter nimia frigora inhabitabileis, commemorat, & aliis locis, vt annot. ad Od. 22. lib. 1. Cum his autem congruunt illa ex epift 1. lib. 1. Impiger extremos curris mercator ad Indos Per mare pauperiem fucient, & c.

MAGNVM PAVPERIES OPPR.] i. quz habetur turpis & probrola, maxime auaris, qualis inducitur Staberius ille, Sat. 3. lib. 2. qui que ad Vixit are didit ingens Pauperiem Vitium. Itaque Eurip, in Med. Πίηται φαίγη πῶς με cantodir φίλος, id eft, Fugit omnis amicus longe amicum

I iij

# CARMINVM

pauperem At Demost in orat: αδι στφωία, ait neq: eum, qui panpertatem alteri maledict i lor co obiiciat, sana mente essenna eum, qui eò, quòd diuitiis circumsluat, sese essent insolenter. i a a sarian acompania acompania (com in a saria) a saria a saria a saria a sarian a sarian acompania (com in a saria) a saria a a sarian acompania (com in a saria) a saria a sarian a a saria 
IVBET QVIDVIS ET FACERE, ET FATI]ECepiste.lib.t. Impiger extremos curru merentor ad Indos Per mare, &c.& Sat.a.lib.t. Hic mutat merceu surgete à sole ad eum, quo Vespertina tepet regio: quin per malapraceps Fertur. Stipuluu collectus turbine.

VIRTVTISQUE VIAM DES. ARD.] filegeremus ardwam, magis concineret cum Hefiodo, cuius versus illi notifimi sunt : Fis d' de mis idiara fiei aco rabos for ifmess adaratos estaspòs f c ip tos illuss in auticus, Stc. id est, Virtutene voluere di sudore parari, Longa autem est ad eam via, & ardua, & as as a construction on mess codices veteres hanc lectionem comprobent: nihil mutandum este puto. Cur autem virtutern arduam appellat? an quòd homines, claros, admirabileis, & præstanteis, & deorum simileis efficit? an quòd difficilis est, & fine multo labore ad eam perueniri non potest? quan sententiam profecto altera lectio magis exprimeret.

VEL NOS IN CAPITOLIVM, &c.]vel in Capitolium, aurum omnium malorum materiam, deferamus, quemadmodum cenfet populus & multitudo:vel in mare proximum proiieiamus. Sed quærat aliquis, quorfüm hic Capitolij mentio fiat. dicebat German. Valens, fpedaffe Horatium illa tempora; quibus matronæ Romanæ, rep. in fummum diferimen adducta, mundum omnem fuum muliebrem in Capitolium comportalfent, atque ad vfus, fumtúfque belli contuliffent. Ego exiftimabam refpexiffe potiùs ad morem veterum & Gręcorum, & Romanorum : qui pecuniam in fanis & templis deponere, & facro quafi commendare folebant, ádque maxime cum rebus timerent, aut diffiderent fuis, vt teftatur M. Tull. lib. 2. de legibus, v-

bi loquitur de facrilegij pæna, quo loco narrat, Clifthenem quendam, Athenienfem, ciuem e-215 gregium, cùm rebus timeret fuis, Iunoni Samiæ filiarum doteis credidiffe. S'e igitur fuadet hoe loco Horatius, vt aurum & pecunia deferatur in Capitolium, fi quis fortè pecuniam magni faeiendam exiftimat, quod facit vulgus: aut potitis in mare proiiciatur, quod philosophis magisprobatur. Licet etiam dicere, velle Horatium, aurum in Capitolium portari, vel ad ornatumtempli, vel vt fit donum Ioui Capitolino confectatum, feu al Afrezo.

Qvò CLAMOR VOGAT, Scc. ] ideft, secunda populi voluntate, senapprobante populo: vel quod manult populus, quàm in mari proiici.

AVRVM ET INNTILE] rectè inutile, si materia est mali. Nam ve præclarè disputat Xenophon.OEconom. 24/145778. id est; pecuniæ ab vecndo dictæ, non sunt 25/145778 ei, qui pecuniis nesciat vei, & multo minus ei, qui exiis detrimentum capiat.

ERADENDA EVPIDINIS, & C.] fivere nos feelerum pœnitet, funditus tollenda, & radicitus extirpanda funt vitio fæ cupiditatis primordia. Cupido pro cupiditate, mafeulini generis eft apud hunc feriptorem, vt fuprà notatum eft ad Od. 16 lib. 1.

ET TENERAE NIMIS MENTES] educationem, & exercitatione fignificat, quz duo magnam vim habent in vtramque partem. fic fuprà Ode 2. huius lib. Angustam amici pauperiem pati Robustu acri militia puer Condiscat. & c.

NESCIT EQUO RVDIS]pueri ingenui difcunt potius trocho Gręcoludere, autalea, quàmequitare, aut venari hærere in equo dixit & M. Tull. in orat. pro Deiot.

VEN: QUE. TIMET] Ovid firm, non vult, vt alibi admonuimus. Venatio autem Romanie folemne viru opus vtile fame, Vitaque & membrus, vt ait epist. 18. lib. 1:

SEV GRAECO IVBEAS TR.] trochi nomen, & ludus iple Græca funt Itaque fortalle meluus fentiunt qui Sat 2. lib. 2. Græcari interpretantur, eroebo & difeoludere, quàm qui potare. fic Hor. Sel fi Romana fatigat Militia affuetum gracari, & c.

TROCHO] vide annotat. ad epistol. de arte poërica.ibi, Indoeting ne pila, diferve trochive quiefeit.

SEV MALIS VET. LEGIB. ALEA]fortaffe lege Cornelia, & lege Titia, «uz commemozantur à Martiano iurifconfulto libr. 5 regularum: & exftat hoc caput libr. x 1.1 indect.iuris ciuilis, ritulo de aleatoribus.

Сүм Рук IVRA PATRIS FIDES;&c.] cùm pater(inquit)in rebus contrahendis fidem iurifiurandi religione obstrictă non seruet:sed sociu fallat.& hospitem, omnéq; suum studium eò conferat.vt citoheredeindigaŭ locupletet: cuenit scilicet, vt dinitiară aceruus amplificetur:

lemper

Digitized by Google

ć

Iemper aliquid defit tamen. Simile eft illud fupr.Od. 16. huius lib. Crofcentem fequitur cura pecuniam, Maiorúmque fames.

INDIGNÓQVE PECVNIAM HER. PROPERET] verburn properandi cum acculandi cafu coniunxit.vt luprà Od.7.lib.2.quu Vdo Deproperare apio coronas, & c. Sic Virg.lib.9.Æneid. pulchr.am properet per Vulnera mortem. Hicigitut properet beredi pecuniam, interpretor, citò & propere heredem locupletare studeat.

SCILICET IMPROBAEJimprobe ab effectu, quia improbos efficiunt, vt fupr.Od.4. libr.s. Pallida more: vel improbe & fummo ftudio, & magno labore coaceruatz.

# AD BACCHVM.

# Od. 23.

# ARGVMENTVM.

Se Bacchi inftin Qu, afflatúque concitatum, noua quædam & inaudita de Augusto di Qurum.

Vome,Bacche,rapistui Plenum? que in nemora, aut ques ager in Specus Velox mente nona?quibus Antris, egregij Cefaris andiar Æternum moditans decus \*Stellis inferere, & concilio Iouis? Dicaminfigne, recens, adhuo Indictum ore also.\*non fecus in ingis \*Ex fomnis ftupet Enias, Hebrum prospiciens, Enine candidam. Thracen, ac pede barbaro Lustratam Rhodopen.\* vt mihi denio. **Кнрей, 8 часнит пети** Mirari libet ? o Naïadum potens, Baccharumg, valentium\_ Proceralmanibus\*vortere fraxinos: Nil parnum, aut humili modo: Nilmortale lognar.dulce\*periculum est, O Lenee, \* segui deum Cingentem viridi tempora pampino.

QVO ME BACCHE RAP. TVI PLEN. fignificat, se Bacchi numine afflatum, & mente concitatum, Augusti laudes canere, nousoque carminis genere celebrare velle, nempe lyrico: 216 quod gloriatur à le primo Latinorum poétarum inftitutum, acvulgatum.

AVT QUOS AGOR IN SPECVS]ficlegi malo, vt reperi scriptum in tribus cod antiquis, quàm vt in aliis, & quos ag. in f. quamquam ne illam quidem improbo.

MENTE NOVA] mente, quam mihi Bacchus in Bouanit, & diuino quodam inftinctu concirauit. mente non mea, led diuina.

... Q.V.BVS · ANT ETS] in quibus antris : in quibus locorum folitudinibus : quibus in locis fecretis ac remotis, &c.Od. 4. huius libr. Finire quarentem labores Pierisvecreatu antro-opift. 2. lib.2. Scriptorum chorus omnis amat nemus, & fugit Vrbon, Rite cliens Bacchi, &c.& cpiftol.ad Pifon. fecreta petit loca.

STECLIS INSERER Jin calum vocare, vt loquitur Catullus, i.immortalitati commendare & confectrare: immortalibus laudibus afficere.

DICAM INSIGNE,&c.]non dică res communeis, vulgareis, obsoletas, & omnium fermone

vfurpatas: led infigneis, nouas, & à nemine vfque adhuc cantatas, neque tractatas. fic epift. ad Mæcenatem tertia libri primi. Inuat immemorata ferentem Ingenus oculifque legi, manibufque teneri.

Non sic vs,&c.] fic concitari folent Thyades, feu Mænades, feu Euiades, feu Baffarides, vt ego nune mente concitata, & commota, feror ad Augusti laudes meo carmine pra dicandas.

Ex 50 M N 1 5] experrecta, fic cod. Faërn. Vrf. Don. Torn. tres Vatic. fed ad marg. lib. Faërn. afcriptum erat Infommis.

HEBRYM]Thraciz fluuium.epift.16.lib.1. Fonsetiam rino dare nomen idonens, St nec Frigidior Thracam, nec purior ambiat Hebras. quem hiemis fodalem appellat Od. 25. lib.1.

NIVE CANDIDAM licfupr.Od.9 lib.I.nine candidam Sorate: vbi diximus Sorate montem effe in Sabinis, cùm fit in Falifeis potiùs, vt apparet ex Plinio.

THRACEN] Ochalus alibi Thracam, vicpift ad Iul. Flor. libr. 1. Thracane Sos, Hebru (que niuali Compede Sinetus. vide suprannotat. Od. 16. lib. 2. Otium bello furio fa Thrace, & fed cur niue candidam ? quiaregio elt frigidifima, &ideò habetur ventorum iparies., feu officina, ve diximus ad illum locum, Thracia bacchante magu, &c. Od. 25. 10.1.

AC FEDE BARB. LVSTR.]quam barbari, nempe Thraces peragrant, & incolunt.

RHODOPEN.] Thraciz montem. Virgil. Sileno. Nectantum Rhodope miratur, og-1fmares Orphea.

vт міні речіо] mihi vago, erranti, vias inufitatas, atque à nemine tritas indaganti. 🐓 liber, &c. ideft, quàm libet, &c. fignificat autem se versus lyricos primu propulise Latinorum, & igitur hoc loco valet quàm : vel quomodo, vt fit admirantis. quale est illud Virg. & pery, & me malus abfulit error quod ex Theocrito exprellum eft in Amarillide. 25 ider, of imare, os is Balu ant ipura ; id eft, vbi vidit, vt infanit ! vt in altum defiliitamorem ficiterum Hor.Od. 2.epod. Vt gaudet infitiua decerpent pyra !& epift.ad Mæc.3.lib.1. St mibi fape Bilem, fape iecum Seffri mouere tumultus! Ripas autem habent nonnulli libri manufer.

VACVVM NEMVS] adors "paper. epift.ad Mzcen 3 lib.1. Libera per Sacuum pofus Seftigia princeps.

Ó NAIADVM POTENS O Bacche Naïadum, & Baccharum domine.fic Od.3.lib.L.Siered-#a potens Cypri.Naïades funt Nymphæ,vt fup.diximus lib.t.

VERTERE]cuertere.Virg. Æn.I. Tyrias qua Serteret arcois.

DVLCE PERIC. EST, O LENAEE]periculolum illud quidem eft, Bacche, profiterilesliquid magnum, nouum, immortale, & clato quodam, & grandi modo dicturum : fed tamen dulce est id facere Deo illo ducente, instigante, arque impellente, qui capiti vel suo, vel eorum, quos caros habeat, viridem pampinum circundat. Lenem dictus eft Bacchus Jas & Juelan ,id eft, à Lenxis Bacchi diebus feftis. منافع autem fortalle معاد مال معالم فرف فرف منافع والمنافع والم Georg 2. Huc pater à Lenae Veni. idem dictus Lyzus Vin Colavier, quodanimos curis aftrictes foluat.Hor.Od.9.lib.epod. Curam, met umque Cafaru rerum inuat Dulcs Lyas foluere. Liber autem cur nominetur, nemini obscurum est. Thyonama Thyone Bacchi matre, quz alio nomine Semele appellatur. Od 17. libr. 1. nec Semeleius Ciem Marse confinidet Thyonens Freila. Enins à voce Bacchantium enoe, vt diximus ad Od. 18 libr. 1. Baffarens de F B. cos apor Bass de ers autem aiunt fuisse calceos quoidam, quibus vrebantur mulieres ille bacchantes, à quibes Baffarides etiam dicta. alij Baor des vestimenti genus fuille putant, quo ezdem amicia hacchanalia agitabant. fup. Od. 18. lib. 1. Candide Baffaren. Dion yfus, quafi è loue natus, & in Nyfa monte Thracia, seu, ve alij, India educatus: vel à loue, & Nyla eius nutrice appellatus. quamquam Plato in Cratylo , hocimpor affert à Aidross din us' à dilais ? oiner , id eft, Dionyfus diftas effe videri poffit, qui dat vinum, quod Grzei dicut eirer. Deth yr ambus autem vel ab antroquedam مرابور.id eft, quod duas ianuas haberet: vel ex eo, quod Bacchus bis natus, & è duabus quodammedo ianuis egreffus fit. Sed de Dithyrambo, vide quæ annotauimus ad Odizier 4. .... misse, vel à strepitu tympanorum, & voce mulierum bacchatium, & Satyrorum, & Silenorum, 217 & ceterorum Bacchi comitum vel à tonitru, & ignis, fulminisque, quo Semele deflagrant lo-

1.121.4 nitu, fremitu, ac fragore. Bpipe enim fremere eft, & Bpipes fremitus. CINGENTEM VIRIDI TEMPORA PAMP.] cingentem tempora vel fibi, vel aliis, quos ornare inftituerit, vel & fibi & fuis, Od. 8, lib. 4. de Libero. Ornat me Viridi tempora pampine.

> Ne 2285.206 10d.26 11 11

256

3009le Digitized by

And States and States and HALMAN

, grabba a 4

Od. 16.

### ARGVMENTVM.

Solam fenem factum rebus amatoriis minus aptum elfe.

V Ixi puellis nuper idoneus, Et militani non fine gloria: Nunc arma, defunctúmq, bello Barbison bic paries babebit: Launm marine\* qui Veneris latus Cuftodit.bic,bic ponite tusida Eunalia, C vecteis, S arcus Oppofitis foribus minaceis. O,qua beatam dina teues Cyprum, S Nemphim carentem Sythonia nine, Regina, \* fublimi flagello Tange Chloën femel, arrogantem..

VIXI PVELL. NVPER IDON.] cum effem ztate integra, & ad amores accommodate: qualis eft adolefcentium ztas, & vitorum víque ad annum quadragefimum: tum vixi puellisidoneus: tum me decebat puellas colere, atque amare. Erat enim ípes amoris mutui: neq: puellæ, tali ztate amatores afpernantur.

ET MILITA VI Jamaui, amori operam dedi. Od. 1. lib. 4. Et centam puer artium Latè figne feret milita tua.

Nv Kc ARMA]quia dixerat; (emilitauiffe, perfans in tralatione ait nunc fefe arma amatozia Veneri confectare velle. arma autem amatorum hæc funt, funalia ad nocturnas ambulationes, & comiffationes, verfus lyrici, citharæ, vectes, & arcus ad foreis & feneftras effringendas. fic Delphis ille apud Theoer. φαρμακαί τε. dicit Simæthæ', qua fuerat arceffitus, fe, fi libi non paruiffent eius fores, & fi excluíus effet, lampades & fecureis in eius domum illaturum fuiffe. Theocriti verba funt hæc: Kai μ' ei μθε κ's Myster; Su' is φίλα, &c. Ei / atta μ', si für t, & ä Yees Nyero μαχλύ. Παότως ει πιλίαζε, ει λαματάδε köjes tự μμάκε. & Thrafo apud Terent in Eunucho, æde is Thaïdis expugnaturus, Donactem quendam iubet cum vecti in medium agmen prodire. Neq: enim(vt vulgò putant) vectibus claude bantur fores. fed effinge bantur potius: muri, flaruæ, ædificia fubruebantur. quemadmodum fugitiui illi, Verris influ, duce Timarchide(vt feri bit M. Tull.orat. in Verrem de fignis) fignum Heretuis y ubi eratin ængelo Agrigentino, fubiectis vectibus commouere, & labefactare conastur. Lusit lib. 29. apud Non. Vecte arque ancepiti ferro effringam cardines. Tecirco eorum, qui parietes perfodiunt, vita, vecticularia appellarurà Catone, quod vecte parietes effringant : & Græci parietum perfolforibus, quos illi by survey mominant, vecteis tribuunt.

DEFVNCTÚMQVE BELLO]defunctus re aliqua dicirur, qui ca vius est, quamdiu debuit, aut quamdiu licuit, vu autem iam defiit. & defunctus munere, qui munus susceptum, aut receptum administrauit: & defunctus opere, qui opus absoluit: & defunctus periculo, qui periculo, in quo verfabarur, liberatus est. Ex his nata sunt illa genera loquendi, defungi vita, defungi remporibus. Horat. epist. ad August. lib. 2. & misigue terris semora, sui sunt receptum defuntta videt, suffidir, & odir. & Od. 23. huius libri. Defunctium que laboribus Equali recreat sorte vitarime.

LAEVVM MAR. QVI VEN. LATVS CVST.] id eft, paries læuo Veneris lateri proximus, dexter iis, qui statuam ore aduerso intuentur.

MARIMAE Jeodem epitheto víus eft & Od. 11. lib. 4. Qui dies menfem Venersis marina Findit Aprilem. quamobrem autem Venerem marinam dicat, omnibus notum eft : idq; declarat vocabuli notatio. المجاورة enim ípuma maris eft: ex qua facit eam natam Heliod. in Theog. cui Plato in Crat. non putat quicquàm contrà dici Équum effe, his verbis, المحالي عن المراجع بالمحالية المحالية ال

.417,

Digitized by Google

TENES Jugernie zu acouvet Dina potens Cypri.fic fuprà Od. 4. huius libri de Apolline, qui Zyeia tenet Dumeta. alij annotant, tenes hog loco idem valere, quod Grzeum dup Gistum. Libri aliquot veteres habent, regn.

SITHONIA NIVE]Thracia:Sithonijenim funt Thraces, st fupr.Ode 18. lib. L. Sithonin men leues Enim.

SVBLIMI FLAGELLO]fublato flagello, vt grauidr fit plaga.

TANGE feri, percute, vt fit is a fluois.

SEMEL]#"/póws:vel dic proprie/*femel*, vt illa, quæ numquam vim tuam fenfit, aliquando & femel fentiat, definátque tantum fibi artogare, & le tam fuperbam ac ferocem unamanteis præbere.

# AD GALATEAM

# NAVIGATVRAM.

# Od. 127.

### ARGVMENTVM.

Deterret eam præcipuè exemplo Europæ.

Debi

Digitized by GOOGLE

Mpios parra recinentic omen\_ Ducat, Spragnans canis, aut ab agre Rana decurrens lupa Lanunino, Fatáque vulpes. Rumpat & ferpensiter institutum. \* Si per oblignum fimilis (agitta Terruit mannos.ego\*cus timebo Prouidus auspex? Ante quam franteu repetat paludes \*Imbrium\*dinina anii imminentum.: \*Oscinem cornum prece suscitabo Solis ab ortu. \*Sislicet felix, vbicumq, manis, Et me por noftri Galatea vinas: Tég, nec lann vetat ire picm, Nec vaga cornix. Sed vides, quanto trepidet tumultu Pronus Orion. ego, quid fit ater Adria, noui, finu: Squid albiu \*Peccet lapyx. \*Hoftium uxores, puerig, cacos Sentiant motus orientis Hadi, & Æquoris nigri fremitum, & trementen Verbere ripas. Sic & Enropenineum dolofo \*Credidit tamre latus:& scatentem Belluis pontum,\* mediá/q, fraudeis Pallnit andax. Nuper in pratis studiosa florum, S

Debitanymphic opifex corona, Note sublustri, nibil aftra preter. Vidit, Sundas. Que fimul centum tetigit potentem Oppidie Creten:pater ô relicime Filia nomen pietá (g.\* dixit Victa furore, Vnde?quo veni?lenis vna mors est Virginum culpe. vigilánfne ploro Turpe\* commissie an vitiis carentem. Ludit imago Vana:que porta fugiens eburna Somnium ducit?meliúsne fluttus Ire per longos fuit:an recenteie Carpere flores ? Si quis infamens mili nunc innencum Dedat irata.lacerare ferro, & Frangers enitar modo multum amati Cornna tanri. \* Impudens liqui patrios Penateis: Impudens Orcum moror. O, deorum\_ Si quis bac andu: utinam inter errem. Nuda leones. Ante quàm turpis macies decentele Occupet malas, tenerag fuccus Definat\*prade, speciosa quero Pascere tigreis. Vilie Enrope pater urget absens: Quid mori cellas ? potes has ab orno Pendulum Zona bene te scenta \*Ladere collum. Sine tormpes, & acuta letho Saxa delectant:age,te procella 🔔 (rede veloci:nifiherile manis Carpere\*penfum\_ Regins sanguis, dominaý, tradi Barbare pellex.aderat querents Perfidum ridens Venus, & remiso Filius arcn.' Mox \* v bita fit fatis: abstineto, Dixit,irarum,calidag,rixa: Cum tibi inui fus laceranda reddet Cornna taurus. \* V xor inniEti Ionis esse nescis? Mint fingultus : bene ferre magnam Disce fortunam:tua sectus orbie Nomina ducet.

259

Digitized by GOOGLE

219 IMPTOS PARRAE RECINENTIS, &c. ]hoc lentit Horatius.Impils obliciantur huiufmodi omina, aufpicia, oftenta, quz eos ab inftituto itinere reuocent, ac deterreant, id eft mala: inbi autem nihil tale metuendum eft. Ego enim data opera aufpicium feci, vt feirem, ecquid tubé ifta nauigatio benè effet euentura. Itaque neque coruus, quem ego folis ab ortu precibus lufeitaui, neque picus, neque cornix, nèque ceterz aues alites, &t ofcines vetant, quominus proficifeare. quin licet tibi per aufpicia, vbicumque malis vitam traducere, fecund: filma fortuna fruigues mihi pro te aufpicanti, addixerunt. Dij immortales iter tuum approbant. Sed vides, quanto trepidet, &c.id eft, fed vides anni tempus: vides tempesta: em imminentem. Orionis occasina denuntiat ingenteis, & horribileis fluctus. quàm periculos fut mari Adviatico nauigare, feioquantas procellas oriens Auster excitare foleat, nemo est, qui nelciar. qui multa ? etiam si tubi aues omnia fecunda, ac læta promittant, non debeste tamen tali anni tempore, tam infido mari committere.

PARRAE | Feftus. picm autem Martins, feroniú fane & parra & in ofcinibus, & in alitibus babentur. Plinius feribit libr. 18. cap. 29. auem parram Sirio oriente, iplo die non apparere, donec óccidat. Parræ cantum triftem, atque infelicem veteribus habitum effectedibile eft, propter vocis infuauitatem, atque afperitatem. Vocen autem ei effe infuauem, declarat Aulonijvetfus. Si confers fulicas cycnis, & sedons parra.

RECINENTIS]iterum atque iterum canentis. witur Od.12. lib.rinaliam paullo fenteriam. -enine recinet iocofu Nomen imago? & Od proz. fequ. Tu curua recines Lyra Latonam. & epift. Llib.1. hac recinunt innenes dittata, friefque.

OMEN]omen proprievox eft hominum,quz aliquid faciendum, aut non faciendum effe fignificat.M. Tull.de diuin.lib.t Neque felin deorum voces Pythagorei obferunverunt, fedetian bominum, qua vecant omina: qua maiores noftri quia valere cenfebant, iccirco omnibus rebm agendu, QVOD BONVM, FELII, FORTVNATUMQVE SIT, prafabantur:rebifque dime 🗰,qua publicè fierent,§t fauerent linguis,imperabatur; inque feriis imperandu , 👽 lutibas,🕁 inrgin fe abfinerent:itémque in luftranda colonia, ab eo, qui cam deduceres, er cum imperator exercitum, cenfor populum luftraret, bonis nominibus, qui hoftias ducerent; elizebantur. que de 🐲 in dileðu coss.obfernant, 🗤 primu miles fiat bono nomine. qua quidem à te feu, 👁 C**ónfa**r **le, &** Imperatore fumma religione effe feruata. Prarogatiuam etiam muiores **omen iuftorum co**r mitiorum effe voluerunt, & c. Apud Hom. iduar. u. omen petit Vlyfles domefticum, quo exploratum habere positi, se deorum voluntate in patriam este restitutum, petit & signum aliquod, sut portentum externum. At Iupirer eo audito intonuit, & hoc fuirfignum externum.domi antem mulier quædam ex iis, quæ triticum molebant, auditoingenti illo cæli fragôre, ádmizem, . & pæne obstupefacta, dicir non effe illum è nubibus tonitú editum : fed komini alicui fignum aliquod, atque oftentum prosperum datum : precatúrque à Ione, veproci co die poftemum in zdibus Vlyflis cibum capiant: atque hoc fuit omen.verba Homeri funt hze : Za zim, a p i -lydeerydiwr au'f pu'nwr Ersh gir "au rollr y Gios tieges ans o Gae fraw.cetera, qui volet,ex Homero petaf, nos locum indicauimus. Apud M. Tull.1.libr.accul. cum Verres ex fenarafe. rationes przeuna ftatim roferre deberer, neque id faceret tamen, quòd fe quæftorem exfpèctare, idém que Dolebellam impetraffe diceret (fuerat autem Dolabella condemnatus) fic M. Tull. Itaque (inquit) emen magu patribus conferigtus, quàm caufa, placuit: probanerunt. Significat autem iis verbie

Cicero, cam Verris orationem, condemnationis ipfius omen fuiffe. DvcAT]voluerat dicere, deterreat, reuocerab inftituto fuo: Impij hane anem habeant fuerum confiliorum, & incorptorum ducem, cuius vox triftis eft, & infelix.

BT PRAEGN. GAN.] fizta. Festus. Granida est. qua iamgrauatur fatu pragnans, feu, (ve alij scribunt)prægnas, velut occupata in generando, quod conceperis.

RAWA] raui coloris, inquit Feftus, appellantur, qui funt inter flauss, & cæfios, quos Plautus rauiftellos appellat. Sicrauŭ mare apud M. Tull. libr. 4. Acad. vr profere Nonius, id eft, flaunar: mempe vefperi cum à fole collucefcit. lectorem admonitum velim, quamuis de integritate haius loci non dubitem : hoc nomen tamen in duobus codicibus manufer. effein litura. quam es Muius vocisignoratione natam effe puto, cum aliqui in hanc vocem incidentes, fibi inauditam; in cius locum aliam fibi notem fublituere geftirent. quod fecerut in Cicerone, co quem commemoraui, loco: apud quem flausm, pro rausm fuppofuerunt.

RVMPAT ET SERBENS ] ferpenderensivertaosparte equo terrorem inferens, pizlignis ficabat apud veterestristem itineris euentum. huius modi monsteis apud Terent in Phorm. Gota auprias ait se disturbaturum, vel certe tardaturum... Introju in adois ator alien us canin: Anguis per implusium décidir de tegulis: Gallina cecinit. Sec.

う

Digitized by GOOGLE

SI PER

.260

SE PIR OBLIQYM]ideft, cùm per obliquum. fic Catull. Nam fi las erit, ad librariorano Curram ferinia.

SIMILIS SAGITTAE fagittam hoc loco non elle ascipiédam pro es fagitta, que areu mittitur, fed pro es futculi parte, que in vitibus contorts pangitur, admonuit me Palleratius meus: eui facilèalle afus fum. Eft enim hec fagitta, vipote incurus, longè ferpenti fimilior, quàm que à fagittatio mittitur. Plin. Tertium genus adictium estamun espeditois fine calce, propter quod 220 fagitta vocantur, cùm interti panguntur. iidem cùm recifi, nec intertitigemmes, co. & paullo pôft fagitta ferere minus Ville, quoniam in transferendo facile rumpitur quod intertum fuit.

MANNOS ] equos minores Od.4.epod.& Appian maunis serit.& epift ad Mæcen.2.libr.1. Impefitas maunis.

100 CVI TIMEBO] codic. Rain. Cardin. & LVat. quidrimebo? que feriptura fortaffe vera eft. Verumtamen nihil muto. Nam hec lectio hoc modo defendi poreft. Impios fuperiora illa omnia triftia auguria, monftra. oftenta, omina ducant, ego cui timebo? quafi hoc dicat: ego tibi timere non debeo, primum quia impia non es : deinde quia talia monftra confilium tuum non retardant, neque tibi triftem aut infelicem euentum fignificant. [Sed Ioanaes Pafferatius homo valde follers, & acutus : putabat hec verba fine interrogationis nota effelegenda, hac fententia: ego, ei, cui timebo, fulcitabo ofcinem coruum ab ortu antequam fianteis repetat palades imbrium diuina anis imminentem, &c.]

ANTEQVAM STANTEIS]i.quz non fluunt, neque labuntur, neque currunt, vt fluuij: ledflant, vt flagna, quz proptereà fortalle à flando dicta funt, vt Feste videtur : quamquam alij à poce Grzea signit, aut à signité.

FREEIVE DEVINA AVIS] fup. Od. 17. Eulus libri aque augur, i. prælignificatrix, prænuneia. imputar appellat Euphorion, quod mihi indicauit Germ. Valens, in epift. ad Pifon. de art. Poët. dimina futuri.

OSCINEM CORVEN] Ofcines appellantur aues, que canta, feu occentuaugarium pre-Bent, quafi ore canentes:vel (vt Festus) aufpicium ore facientes : quales sunt coruus, corniz, no- -Auz. M. Tull.de diùin.libr.1, Eadémque efficit in anibus divina mens fot tùm huc, tùm illuc 👀 Lent alises: them a dextrastion a finifira parte canant ofcines. Titus Liu.libr.10. Ante confulem bac dicentem cornen clara Soce occimule, Agud Hom is ... Priamus Hecubam difluadon tem, ne ad Achillem eat redimendi Hectoris mortui gratia, cum diceret illum effe immitem, inexorabilem arque infidum, aven malam appellat his verbis, Mà N un pris vir presentation munde marte. Tulit autem etiam ztas Homeri augures, & aufpices. i. oiuromónous. Hom. odvor. a. Ovdí 2 µaí-تع تعالى قتر فاعه مله معظمه من مالية. Nam & Tenex ille Alitherfa فعل B.ex aquilarum volatu, collorúmq;, erarum laceratione, reditum Vlyff. & procorum interitum auguratur, & Priamus lib. المناهدة عناقة المناقبة الم quem paullo antè diximus, ab Hecuba admonitus, Jouem orat, viaquilam mittat, cuius volatu in bonam spem erectus, auspicióque secundo confilus ad naucis Gracorum sele confectat. II in for of obards and a files , is a as with a tair of a second of a new root of the internet of the second of er ofcinem, celerem nuntiam, quz tibi auium ofcinum cariffima, & cuius vis eft maxima, dexteram, vregoea confecta, cáque confilus eam ad naucis Grzcorum celeribus equis vo Corum

COR VV M] qui cantet à dextra menu nam fi à laua crocitaret, trifte effet sugarium. Plass-Aulul. Non temerè eff què d cornsu cantot mibi nune ab laua manu. Simul rade las pedibus terzam, & Soce crocimbat (na, & c.

SOLIS AB ORT V ] non temere hoc dicir. nam augures cælum in quattuor parteis dividebant, & cùm augurium captabant, orientem folem spectabant. vt meridies eis esse ster pars dezsera, septentrio sinistra.

SIS LICET FELITZ, & Cloihil est (inquit Horat.) quod tibi nauigare cooptanti calum viliam admersum minetur, aut prznuntiet : non oscinium cantus, non alitum volatus, non serpentis, aut canis przegnantis, aut lupz grauidz occursus iter tuum impediunt ; denig; per hzcomnia licet nauigationem institutam fuscipias. quocumque proficis, & voicumque ztarem agerein animo habes, illic omniatibi izta, ac secunda euenient: sed Orionastruminfelix. & formidolosum: maris: inconstantismi, arque institutione elementi, maximéque Adriatici nature: venti, res incerristime: tempestates denique impendentes terab illo nauigandi confilio deterrere debent. Su licet feliz, id est, licet tibi este felici: sub il obstat, quo minus feliciter estatem ages, voicumque quod tibi yitz religium est, manis traducere.

V BICVILOVI MAVIS] talefere ch illud Antid quarte. Que me cumque Socans serrade.

K iij

Digitized by Google

ET MEMOR NOSTRI] hzc legenda funt, quafi interposita, quibus eam orat, vi, vbicumque vitam agat, fui memor fit.

TEQUE NEC LAEVVS VETAT liceft legédam, & ita reperi feriptum in vno cod. Vaticano, non, vt invulg *Sveret*. Eft enim hæchuius loci fententia: (dicendum autem eft fepiùs, propter eius difficultatem, cùm videam, doctiffimos homines in eo bærere) paullo antè dizerat, fe tan-

quam augurem, coruumofcinem prece fufcitaturú ab oriéte fole, vt ex eius garriut de huins infitutæ nauigationis euentu iudicare, certíque aliquid cognolcere queat. Nunc proinde quafi corui, de ceterarum auium garritum, ac volatum notauerit atq; obferuanerit, hæc fubiungit, ex quibus vult intelligi, coruum, picum, cornicem addixiffe, id eft, Galateæ nauigationem comprobaffe. *fis licet felix* (inquit) id eft, licet tibi per omneis alites, atque ofcines profere nauigare, beatéque viuere, quocumque te conferre voles: omnes aues tibi fecuadum, ac lætú tuæ profectionis, tuíque confilij euentum promittunt, atque oftendunt. fic Plaut. in Afinat. Pican & cornix eft ab lauaicornes porto ab dextera Confundent. huc etiam pertinet, quod eft lib. 2. A-

221 cidemic quælt. Non evim magis affentiuntur, neque approbant lucere nunc, quam, cum cormin cecinerit, tum aliquid eam aut iubere, aut vitare.

PICVS]picum Martjum vocant Latini, Grçci divered dar tw. de quo lege Plinium lib. 10. cap. 18.& Plutarch. Payesingis.

SED VIDES QUANTO TREPIDET TVMVLTV]fedvides quantam tempestatem dentitiet,&c.

PRONVS jóccidens. de Orione diximus ad Od. 28. lib. t.

ATER ADR.] atrum Adriz finum appellat, quafi triftem, & infeftum, propter huius maris improbitatem atque iracundiam, vt Od. 9 huius h. improbo Iracundior Adria.

s IN v s] الإنكامية. dicitur autem maris finus per tranilationem à corpore humano, ca maris pars, quam littora curuata complectuntur.

ALBVS] fic fup. Od.7.lib.1.Notum; album dixit. Albus &t obfeuro deterget mubila calo Sape Notm. Iapyx autem Calabriz ventus eft, vt fup. diximus ad Od.3.lib.1.

HOSTIVM VX. PYE LIQVE, &c.] vitatifimum eft fcriptoribus Grzcis, & Latinis, edm magnum aliquod malum fignificare, ac defcribere volunt, fine logiore vlla oratione, quicquid id elt, holtibus precari, atque optare. Soph in Electra. Ei An ni pusse io An, his mise pies. Ei A the 2) a lois in for im maker wifes.id eft fi quiden bona funt, dato integra, & ad exitum perducino: Sin inimica,& mala, ad hofteis tranferto. Xenoph. ana Car. y. iuay yap an iuas Brauman mateir, eia ris iz pois ei frei muiodan.id eft, puto fore ve talia nobis accidant qualia dij immortales hoftibus ingerant. tale eft illud Homericum. (funt autem Achillis verba ad Afteropzum.) i A 🌩 🖬 איל איז מי לאויז, ל על וידאוג מידויה נאוחי; בעיג לעישי אי די הביל אוי יע על על מידוימיי.id cit, Quis & vnde venisti hominum, qui contra me congredi ausus es?Infelicem filij se meis viribus opponunt. Dionyfius Alexandr. co afer yord Aur popular be mights i his ipopular afer mirner Kelsors arna ofer de من بهر ما eft, hoftium filij in mari versantes in illos incidant errantes. [ Et Antifthenes, ve refert Diogenes Laert.in Antifthene.ad quendam qui laudabat delicias & luxum, ix par mille.I. φη, ηξυφήσημα, id eft, hoftium, feu inimicorum filij delectentur, & luxurient.] Virg Georg. 3.Dy meliora più, orrorémque hostibus illum. Ouid. Hostibus eueniant conuinia talia nostru. Terene. Heaut. Ab, obfeero te iftue inimicis noftris fiet. Plaut. Mercat. A. perimus. C. principium inemicis dato. Idem in Afin. Vtinam, male qui mihi volunt, fic rideant. non diffimile est illud M. Tutlij. Catone maiore. Mirari folitum C. Fabricium, quòd, cùm apud Regem Pyrrhü legatus effet, 🛲 diffet à Theffalo Cinea Athenia quendam effe, qui fe fapientem profiteretur : cumque decere;emnia,que faceromus,ad Soluptatem effe referenda:quod ex eo audientois M. Curium, & T.Co runcanium optare falitos, Stid Samnit lous, ipsiq, Pyrrhoperfuaderetur, quo facilius sisci paf fent, cum fe voluptatibus dediffent Propert. lib.3. Hoftibus euensat lenta puella men. Iden libr. 2.clcg. 5. Hoffu fi qui erit nobu, amet ipfe puellas: Gaudeat in puero, fi qui amicm erit.

CAECÓS] quorum caulæ,& principia ignorantur:vel fimpliciter, bblcuros:vrfupr.Od.t3. lib.2. cacafata. & Virg.lib.2 Ancid. Multáque per cácam congressi pratianostem Conferimum. & 3. Excutimur cursu, & cacie erramue in Sndu. Lucret.lib.2. Quod tales turba motou quoque materiai Significant clandestinos, cacó que subesse.

ORIENTIS HAEDI]quidam libri veteres habent orientie Auftri.

ET TREMENTEIS VERB.]quæ videntur tremere, vndarum ictu, & fluctibus conquelletæ.paullò verecundius dixit trementon ilices Od. D. epod.

SIC ST EVROPS [Europæ exemple Galatéam deterret, ne fe mari, quantumuis in psæfentia tranquillo, committat. Exflat autem elegantiflimum Theocriti carmen de Europa Phœnicis filia, & hoc tauro. Etiam M. Tull.lib.1.de natur, deorum hunc taurum commemorat his ver--

bis:1

bir: Arme bercule ego (dicam enim quod fentio) quamuu amem ipfe me,tamen nen audeo dicewe pulchriorem effe me,quam ille fuit Taurno,qui Vexit Europan, co-c.

DOLOSO]qui deum tegebat, vt ait Theocr.in illo carmine, Kei 490, 2) estive di per estiver, il cit, Celauit deum, & mutauit corpus, & factus est taurus. sic supr. Od.1. lib. 2. ciseeste delo form appellauit, qui Igneis suppositos tegeret, ac celaret.

CRIDIDIT ] commitit, inis dons suprà Od.5. huius lib.

PALLVIT AVDAX] pallens extimuit periculailla, in que fele decepta, audaciús coniecerat.neque est, quòd quisquam miretur, hîc ab Horatio cum pallore seu timore coniungi audaciam. Nam & Aristot.lib.3. de moribus ad Nicom. Scribit, multos este parodotores, id est, qui audaciam habeant cum timiditate coniun ctam palluis hoc loco coreportado, cum alioqui verbum. Etablolurum: et epist. 1. lib.1. Nil confeire sibi, suella pallescere caspa. Es Sat.3. lib.2. quisquis Ambitione mala, aut adventi pallet amore. & de arte Poët. Pallescer luper hu.

DEB. N. OPIFEX COR.] quz coronam nectebat Nymphis debitam, hoc eft promifiam. svBLvsTRI] aliquantulü luminofa.T.Liuius lib.5. notte fubluftri,cumprimo inermem, qui sentaret viam.pramififent:tradentes inde arma, vbi quid iniqui effet, etc. Virg.libr.9.Æncid. Et galea Euryalum fubluftri nottu in vombra Prodidit immemorem.

sim vz]limularque, vt fup.Od.4.lib,1.quò fimul mearis.

CENTVM TETIG, POTENT. OPP. CRET.] fic Homer. ind A. C. of Konthe ingerieuro has apperimerro. & Virg. & Berto. 2. de Cretenfibus, Centum Srbon habitans. & Horat. Od. 19. epod. Autille centum nobilem Cretam Srbibus, Ventu iturne non fuis, & c.

PATER, Ô RELICT. FILIAE NOMEN ] Ôpater, ô nomen paternum à filin relictum nomen autem legendum, vt habent omnes libri veteres, sk plerique excufi : non, numen. FVRORE amore perdito, sk infano.

LIVIS VNA M. EST VIRGIN. CVLPAE, ]leuis eft pæna virgini, quæ parentibus infeiis corpus cum viro comifcuerit, femel mori: grauiore pæna multari debet. hyperbole: cuiufmodi eft spud Propertium, vbi de Tarpeia veltali loquitur: Et fata un mala potnir mors effe puella: Qua potnir flammac fallere, Vefta tuna ? Nauficaa apud Hom. idvor. C. grauem in ea virgine culpam refidêre dicit, quæ vtroque parente inuito, præfertim propitio, cum viris rem habeat. neg: exfpectet palam nubendi tempus. Kad d'äns nuevo, si he Graund 20 ji fat. H r' disern Øihav margie, si partis i former Ardydor uioya reu, neir y' due Øidoto za uevi videñ.

IMAGO VANA] species falsa in sommis occurrere solita. padras pas.

QVAE P. FVG. IBVR.] fumtus eft hiclocus ex Hom. odvor. r. in extremo. Aoiai yan rat-Am apanison digi ordpar. Ai 10% yo sugli con ret d'yaray ai of 'i Aiquarns, Tür oi phe z'i Ajuan Alg artiradi Aiquarns, Oij i As chaip or rati a zegi arta diportes Oij Algi Ession ziegi ar 'i Ajuan Algi artiga zpairoon, Bporior ora zir dis 'i diregi arta diportes Oij Algi Ession ziegi ar 'i Ajuan Algi artiga zpairoon, Bporior ora zir dis 'i diregi arta diportes Oij Algi Ession ziegi ar 'i Ajuan Algi artiga zpairoon, Bporior ora zir dis 'i diregi arta diportes Oij Algi Ession ziegi ar 'i Ajuan Algi artiga zpairoon, Bporior ora zir dis 'i diregi arta diportes Oij 'i Algi Ession ziegi arti 'Ajuan Algi artiga zpairoon, Bporior ora zir dis 'i diregi arta diportes Oij 'i Algi Ession ziegi arta di Algi artiformi portz: quarum altera fertur Cornea, quas Veru facilu datur existus Vmbris: Altera cădensi perfecta nitens elephăto. huc alludit Platin Char. Azesi di 'i afuar osi po' oraș, ora diz zușa tro, art di Aiqualos i Aixavîn, i. audi igitur, inquam, meum fomnium, virum per cornu, an per ebur venetix.codem perinet epigramma Grzecum no inuenultum ex lib. 3. epigrammatum Grzecuum, îm Callimac. di ui a Barli aduo orgo di Azirover orana, Hi 'intore ziedun, vid'i 'i Aiquar si 'av 5' di a zira zir argenzi favari di arti a di arges ariges arti a di argenzi argenzi di argi ara di argenzi argenzi di 
FRANGERE ] 2/ 5-16 #7/1, diripere, diuellere, ac discerpere.

CORN. TAVRI] nonnulli libri habent cornea menftri : quos non fequor, quamquàm non damno.

'INOVA. LIQ. PAT. PIN.] impudens in co fui quod patrem reliqui: impudens nunc fum.

# CARMINVM

quòd tali flagitio admiffo maneam in vita. fuprà Od. 24. Er pecetre nefas, aut pretinne eff mort. ORCVM MOROR Orco in mora nam quamuis nos omnes morti debeamur, noftraque, vi idem quodammodo Orco in mora. nam quamuis nos omnes morti debeamur, noftraque, vi idem attalibi:non vno tamen die fumus omnes mortituri: fed alij aliis vel citius, vel tardius. [Sic Terent. Heautont. egomer consinae morer.] fic iunxit hoeverbum cum acculandi cafu Od. 22. lib. L'rapidos morastem Fluminum lapfae. plura exempla collegimus ad Od. 7. lib. 2.

SI QUIS MAEC AVDIS ] codex vans Varie & Torn.habent hac and it in 3. perfona ve Od. 5. epod. At ô deorwor quicquid in calo regis, & c.

TINAM INTER ERREM' NODA LEON ] vinam erré nuda inter leones. talia aliquet foquer di genera lub vno quali alpectu politimus ad Od. 7. lib. 2.

TENERAEQUE SVCCVS DEFL. PR. Jid eft, & antequam ego præda leonibus, & rigribus debita, ac pæne deuous, contabelcam, velim integra palcere tigreis, & fimileis foras. legendum fortafle eft teneráque fúcc. Defl. prada, nifi ita dictum intelligamus, vtillud, Cornicem demonebit amphora, Od. 8. lib.3.

SPEC. Q.Y. PASC. TIGR.J quero etiamoum speciola, & dum forma integra manet, trigribus esca & pabulú effe. quero pascer e genus loquendi Hor. vsitatum, alibi à nobis notatum.

VILIS EVROPAR PATER VRG. ABS. Vulgata quidem hæc eft lectio: Sidis Europe, pater Virget abfens: quàm fi quis forte ci, quam fecentus fum, anteponet, fic explice. O Europa, contemta iam, & minimi pretij. posteaquàm pudicitiam tuam prodidisti : patet, qui aber, adeffe videtur tamen, & te vrgere, tibíque instare. Sed cùm Europæ per æ diphthongum ferippism ezperisten in vuo cod. Varie. candém que scripturam codex Faérni, quamuis hoc loco interlisus, comprobaret : pittàui mihi fice arrogantiæ crimine à vulgata lectione discodere licere. adefi fit cod. Torn. ad cuius oram hæc verba funt a scripta. Sviem Europa patrem dicit, quia en reticte

223 taurum fecuta eff. folemus autem ea vilia nobis cile dicere, quz non funt nobis cara, & que contemnimus, palurgi facintus. fic M. Tull. Philipp. 12. Sita mihi quidem minime cara efferefertim chem Dolabella fecerit. St opt äda more effet, modo fine cruciata, & tormetis Sobis tainen, & populo Rom. Sitis effe firitime menu non debet. Sici gitur hune locum explico. Pater tibi Eniopz filiz vilis, id eft, quem tu filia prz tauro contemfifti, & pro nibilo putafti, videtur te abfens vrgere, & fimulate, vt moriaris: ita me excruciat mei flagitij confeientia, vt quoquò eana, patrem mihi coràm videar audire, quamuis abfentem, qui me obiurger, atque increpet, &ce. Er fanè congruit hac explicatio cum verbis illis fliperforibus, piet av Sichefurore, idem funt enim: pietatem in patrem, victam elle ab amore, at libidire : & patrem ab Europa fiha contemtum effe prz amante.

QVID MORI CESSAS?] putant quidam hæceffeverba patris Europam vrgentis.mihicotendere non placet ego tamen malim hæc quoque, Europæ elle verba intelligi, vrintelligamme cam perpetud feipfam affari.

VRGET ]codex etiam ille Vatic. habet, Greuer.

POTES. HAC AB ORNO PEND.] potes te de hac orno fulpédere. quidam per ornum, us uis malum fignificari putant, vt intelligamus Europam in naui effe. fed refellit hac opinionem id, quod fequitur, age, te procella Crede Veloci; Sunt autem Europa verba à principio velpe ad extremum, vt dixi: nifi quis malit hac à patre tanquam præfente dici, vt Europa perturbata, di de gradumentis deturbata hac loquentem patrem audire fibi videatur. Iam hac Pandelum ab orno, coniuncte funt legenda, vt epift. ad Loll. 2. lib. 1. ne fluirem dubia fpe pendulus hora.

ZONA BENE TE SEC.] quàm opportune tecum deportanti, ve ca tibi collum oblitingas, animámque intercludas. erat autem verifimile, zonam virgineam, quam taurus Europa foluister, ei aliud agenti ereidiffe.

LAEDERE COLLVM] codex Card.Rainutij,&vnus Vatic.& nonnulli alij manufcripti habont clidere collum, quz feriptura quamquam non est mihi vita vulgatz anteponenda, ladere collum : non tamen videtur reiicienda aut damnanda, vt prima littera verbi elidere, pertinette ad versum antecedentem, hoc modo Zona benète secum e-Lidere collum.

SIVE TE RYFES. ET AC.] flue, non geminatum, annotatum ad Od 3.libr.1.acuta autem leto faza dixit, quòd eum, qui fe ex eis præcipitem agat, celeriter examment, vt morbi acuti appellantur, quod celeriter tollant de medio.

AOE, TE PROC. CREDE] id eft, committe, seu permitte te procelle : exhes supereprecipitem in mare deiice.

REGIVS SANGVIS] field. 2. lib. 4. Sew Dees, Regefique canit, Deorum funguine most carm. feculari, Clarus Anchifa, Venerifque funguis. & deart. poet. Vos à Pompilique fanguis.

QVERENTI Europe. hocioco adducor, vt credam orationem elle Europe ab initio con tinuatam ad huncefque locum.

PERFI

264

PERFIDVM RIDENS]Hellenismus, vt annot. Od. 22. lib. 1. ad illum locum, Dulce ridentem. Suc quidem omnes hunc locum connectunt, & explicant. Sed Passeratus, coniun de legit querenti Perfidum, id est, quetenti taurum perfidum ac dolosum: vel querenti perfidiam tauri, cui latus crediderat, cuíque se vehendam tradiderat. sic locutus est Ouid. in epist. Didonis. Non tamen Enéam quamus male cogitet, odi, Sed queror infidum: que l'áque peins amo.

REMISSO] iam laxato, posteaquàm Europam suis sagittis sauciarat.probabiliter autem, & ex sagittariorum more dixit, remisso arcw. Nam sagittarij vbi arcu vti necesse habent, eum intendunt.vbi iaculari velle desierunt, remittunt.sic suprà Od.8.1.am Scytha laxo meditantur aren Cedere campis.

ABSTINETO(DIXIT)IRARVM] etiam hocè Græco expressium puto, משלא שיד יין אישי החשות. nam Latino more dixisfet, abstineto ab iris. Simile est illud suprà Od. 9. libr. 2. define mollium Tandem quere larum.

CUM TIBI INVISVS LACERANDA,&c.] cum taurus is,cui te tantopere iratam elle oftendis,te reuifet : ne, quod te facturam elle minata es,eius cornua frangito, aut lacerato: led in eum te facilem ac placatam przbeto.

VXOR INVICTI IOVIS ESSE NESCIS?] hoc quoq; loquendi genus Grzcum eft.ficenim loquunturilli, con eicha & & do ; yuun ion; Latini autem fic, te vxorem inuicti Iouis effe nefeis?tale eft illud, patiens vocari Cafario vitor Od.2.lib.1.

BENE FERRE MAGNAM ] i 28 muris aidis quel diruzian, inquit Arift. lib.5.polit.ideft, non est cuiuslibet ferre res secundas. Quod fi quis secundam fortunam consecutus aut certaminibus gloriofis, aut pecuniz magnitudine, infolentem atq; odiofam petulantiam comprimere feiat, dignus fit, quem homines certatim laudibus efferant, vt ait Pindarus: cuius hæc ver-στ mian Kógor, Aξως δύλοχίαις άςῶν μεμίχθαι. Vtrùm autem fit difficilius fecundam , an aduerfam fortunam møderate & composite ferre, non est facile pronunciare. Aiunt quidam, quemadmodum dolor interimit, voluptas autem liquefacit : fic rebus aduerfis homines opprimi, atque affligi: secundis verò, duntazat immoderata lætitia efferri. Ego tamen existimarim si mihi quod fentio, liceat dicere, difficilius effe res fecundas z quo animo, & moderatè ferre, quàm aduerías: proptereà quòd (ecunde res animos hominum vanissimis opinionibus imbuere, eofdémque ad luperbiam, ferociam, ignorationem fui perniciofam fecuritatem, omnem deniq; peccandi licentiam atque impunitatem facillime impellere solent, dum suas fortunas, tan- 224 quam deorum, stabileis, fixas, & sempiternas fore sperant. Ita fit.vt secundis rebus elati, præ se contemnant alios, fefe aliis omnibus anteponant, fua profundant, alienis rebus manus afferant, leges negligant, facra cum profanis milceant, omnia fualibidine metiantur : poftremò fuz intemperantiz ac temeritatis meritas pœnas luant. Contrà in rebus aduerfis przcipua vis in-ft excitandorum ad virtutem animorum, acuendæ fortitudinis & induftriæ, comprimendæ fuperbiæ, coërcendarum cupiditatum. Nam fi quis, exempli gratia, fit inertior, ignauior, diflolutior, mollior natura, is rebus adueríis (timulatus, atque exfuícitatus, omnem continuò ex animo inertiam, ac mollitiam difeutit, atque eiicit, totumque fe ad fortitudinis & patientiæ ftudium traducit: si quis elatior, ferocior, ac superbior: is à rebus aduersis correctus, & quodammodo eruditus, ad modeftiam & facilitatem fefe dicto citius inflectit : ex quo Graci folent ita loqui, τès au fra πers sais à regians ou openis Sace id est, homines rebus adueriis lapientiores fieri, arque erudiri: fi quis luxuriolus, profulus, ac fumtuolus: is confilio mutato, frugalitatem. & parfimoniam amplectitur. Hanc sententiam confirmat Cornelius Tacitus, non optimus ille quidem latinitatis auctor, fed hiftoriæ certè scriptor prudens, verus, atque acutus, libr. 17. his verbis : fortunam adhuc tantum aduerfam tulifti. fecunda res acrioribus ftimulus animum explorant: quia miferia tolerantur, felicitate corrumpimur. & item Salluft.coniur.Catil. Quippe fecundares fapientum animos fatigant:nedum ills (milstes) corruptis moribus victoria temperarent. Sic & Cato oratione pro Rhod. apud Gell. lib. 7. cap. 3. Scio folere plerifque hominibus rebas fecundu, atque prolixis, atque profectis animum excellentem, atque superbiam, atque feroestatem augescere, atque crescere: quod nunc mihi magna cura est, quod hac res tam secunde procefferit,nequid in confulendo aduerfi eucniat-juod nostras secundas res confrices : neve hac latitia nimu luxuriosè cueniat. Aduer fa res fe domant & docent quid opus fit fatto: fecunda res latitia trauorfum trudere folent à recte confulendo, atque intelligendo. [Accedat ad superiores בהו ואוליבושה , א עוג לו עוואלו לו או עו בואג ועסוישה שו עולי אל אל דיו שבי על עוא אידי ל לט בא איז איז איז איז locum perinet illud epist. 8. lib.s. in extr. fubinde Praceptum auriculus hoc instillare memente:

V t tu fortunam:fic nos te, Celfe, feremm, 8c illud Sat. 2. lib. 2. in extr. quo circa vinise fortes, Fortiaque aduerfis opponste pettora rebue.

TVA SECT. ORB.&C.] ideft, tertia pars orbis terrarum tuo nomine appellabitur, ad fempiternam tui memoriam.

# AD LYDEN.

# Od. 28.

### ARGVMENTVM.

Diem Neptuno facrum hilariter exigendum esse.

Esto quid potinu die Neptuni faciam?prome reconditum. Lyde frenna, Casubum: \* Munitag adhibe vim fapientis. Inclinare meridiem\_ Sentis: \* ac, veluti stet volucris dies, Parcis deripere borreo Cellantem Bibuli confulis amphoram. Nos cantabimus innisem. Neptunum, & virideis Nereidum comas. Tn curnarecines lyra Latonam, S celeris spicula Cynthie: \*Summo carmine, que Chidon\_ Fulgenteifg, tenet Cycladas, & Paphon. Innetu visit oloribu. Dičetny merita Nox quoque nania.

FESTO QUID POTIVS DIE, &c. ] " 5190 65 7190. Eratenim hic ordo. Prome Lydereconditum Cæcubum, vt bibam. quid enim potius feíto Neptuni die facere poffum?

MVNITAEQUE ADHIBE VIM] id eft, feueriorem iftam fapientiam feptam, & munitam aduerfus voluptates, expugna liberaliore potu, vt det loci aliquid ioco, & ludo. non diffimile eft illud, quod eft fuprà Od. 21. ad teftam. *Tu lene tormentum ingenis admoues Plerumque duro*. mam qui ingenium durius, rebúfque feriis femper deditum, & fapientiam obfirmatam, atque in propofito confilio pertinacem, vini potu temperat, ac relaxat, videtur cùm dulcem quandam vim fapientiz afferre, tùm lene quoddam tormentum ingenio duriori adhibere.

INCLINARI MERIDIEM SENTIS]vides, folem à meridie iam ad occafum vergere: & tamen proinde quafiftet in cælo fixus, neque fe commoueat; ficca manes, neque ea, quæ ad curandum corpus pertinent, comparari iubes. Eandem expreffit fententiann alüs verbis, fub perfona parafiti Plautus Menæch. Dies quidem iam ad Smbilicum eff åimidiatus mortuus. fic M. 225 Tulliuslibr.3. Tufcul. quæftion. princip. Vt enim in Academiam noffram defendimus, inclinato iam in pomeridianum tempus die, & c. Conuenienter autem & accommodate ad naturam rerum ita loquebantur Latini. Nam veteres Græci diem ad meridiem víque crefeere dicebant, à meridie minui ac decrefeere. Itaq; mane fol furgere dicitur & oriri: vefperi occidere & cubare.Hom. iλ. λ. Ωφen μ& hos bå, & diξ: mispis hµap; id eft, Interea dum erat aurora, & dies facer augefeebat: & φ3nadu men appellant Grece' tempus pomeridianum : quafi tempus decrefeens.

AC, VELVTI fic quidé habér omnes, quos vidi lib.calamo feripti mallem tamen at veluti. PARCIS DERIP. HORR.] deripere feriptum reperi ie quattuor libris Vatican.Don.Vif. Tornef. eámque feripturam puto elle rectam & germanam. condebant autem vini cados, & testas in horreis antiqui, id est, vini apothecis, vt Od. 12. lib. 4. eliciet cadum, Qui nune Sulficiu accubat horreis, vide annot. ad Od. 21. huius libri. quo lococum vtatur verbo descendendi, fatis declarat, vini apothecas fuille in locis editioribus collocatas, & in eis testas & amphoras fermari



uari lokitas, fortalle vi facilius fumum biberent, & ita vinum inuereralcerer, quemadmodum docet Columella lib.1.cap.9.& nos diximus fuprà ad Od.8. huius lib.

BIBVLI CONSVIIS AMPH.] ætatem huius vini notat. Fuit autem Bibulus C.Iulij Cælazis collega, anno ab vibe condita DCXCIV.

IN VICEM]viciflim, vt lup.Od.25.lib.1. Inwicem mæched anna arroganten Flebis. quidam libri manufcr.habent, Inwices.

ET VIRIDEIS] talis color tribuitur diis & deabus marinis, feu glaucus, & cæruleus.idem valet Vitreas.iccircò fuprà Circen Vitream dixit Od.16.lib.1.

TV CVRVAE [fup.Od.10.lib.1.curuag, lyra parentem.

RECINES ] iterum atque iterum canes, vt Od.12. primilibri, cuine recinet iocofa Nomen imago ?

CEL. SPIC. CYNTHIAE] Dianz. Cynthus mons Deli, à quo & Apollo, Cynthius:& Diana, Cynthia nominata eft. cur celeris? quia taleis oportet effe venatores. Diana autem venatriz eft. prætereà Diana, luna eft. at luna breuiffimo tempore nempe 28. diebus orbem & curfum fuum conficit. Quare ob hanc caufam *lunas celerosi* dixit Od.1. li. 4. & Od.6. eiufdem, lună celerem pronos Voluere menfoso. Spicula porrò Dianz tribuuntur, quia eftiaculatrix. iecircò & ab Homero.& à ceteris is sienes appellatur, id eft, fpiculis, feu iaculis gaudens. Postremò habet etiam luna fuos radios. Virg. lib.9. Et galea Envyalum fublus fri noctos in Smbra Prodisit immemorem, radiifque aduer fa refulfit. At radij, funt spicula.

svmmo]vlumo,vtepift.1.ad Mæcen.1.lib.1. fumma dicende camæna.

QUAE ONIDON, &c. ] Venerem designat suprà Ode 30. lib. primi. O Venne, regina Cuide Paphiq.

FVLGENTEISQVE] nitentois:Od.14.lib.1.Interfusanitentois Vites aquora Cycladas.

IVNCTIS VISIT OLORIB.] cycnis: à quibus trahitur currus Veneris. Od I.lib.4. purpurois ales oloribus, id eft, vtens olorum pennis, & alisad currum fuum trahendum. Vtitur etiam Venus pafferibus ad eand é rem. Sappho. πατζός ζιδμον λιποΐοτα χρώστον ήλης. Αμμ΄ νατοζάζεστα, πολοί δι σ΄ ά 30 τΩ χίας τρουβοί σίιρυχας μελαίρας Πυκκά δινίον τις αυ διοέρνω, αλζά. Pos Algi μίσο wild eft, patris autem domo reli cha, venifti curru aureo iuncto: Pulchriverò & celeres pafferes te vehebant crebrò nigras alas agitantes à cælo per medium æthera. Eò fortaffe fpectás Catullus pafferem, fuæ puelle delicias, & tam lepido carmine cecinit, & mortuum tam triftibus verfibus luxit. Vtitur & columbis. Propert lib.3 in fomnio fuo. Es Veneris domina Solucres mea turba columba Timpunt Gorgoneo Punica roftra lacu.

MERITA NAENIA] carmine debito.aliàs nænia carmen eft funebre, vt fuprà Od.1.lib.2. Putant quidam propriè hîc politam effe vocem nania, pro carmine trifti & lugubri, quia (inquiunt) nox fit mortis & fomni mater.

# AD MÆCENATEM.

### Od. 29.

### ARGVMENTVM.

Mæcenatem ad suas epulas inuitat: quas illi gratas fore sperat, quòd diuitibus ad pauperum frugales cenas se conferentibus vicissitudo illa placeat. Vrbem propter vehem entesæstus & cum vrbe curas ab eo vult relinqui. Non debere mortales de futuris anxios esses esse

> Trrhena regum progenies, tibi Non ante \* ver so lene merum cado Cum flore, Macenas, rosarum, S \* Pressa tuis balanus capiluo

> > Lij

116

Iamdudum apud me est.eripe te more, Ne semper udum Tybur, & Æsula Decline contempleris arunm, & Telegoni\*inga patricida. Fastidiosam desere copiam, & Molem propinguam nubibus ardnie Omitte mirari beata Fumum, Sopes, strepitúma, Roma. Plerumq grate dinitibu vices, Mundag parno sub lare pauperno. Cene, fine anlais, & oftro Sollicitam explicaere frontem. Iam clarm occultum Andromeda\* pater Oftendit ignem: iam Procyon furit: Et stella vesani leonis, Sole dies reference \* siccos. lam pastor umbras cum grege languido, Rinnmg, fessu quarit, & horridi Dumeta Syluani:caréty Ripa vagis tacıtırna ventis. Tu cinitatem quis decent status, Curas, & urbi follicitus times: Quid Seres, & regnata Cyro Battra parent, Tanaify, discors. Prudens, futuri temporis exitum\_ Caliginofanoste premit Deus: Riderque, fimortalis vitra Fastrepidat.grod adest, memente Componere agnue:cetera fluminis Ritu foruntur, nunc medio aluco \*Cum pace delabentis Etru[-Cum in mare, nunc lapides adefos, Stirpelly, raptas, & pecus, & domos Voluentis una, non fine montium. Clamore, vicinag, filna, Cum fera dilunies quietos Erritat amneis.ille "potens sui, Lathfy, deget: cui licet, in diem. Dixife, vixi: cras vel atra Nubepolum pater occupato, Vel fole puro:non tamen irritum. Quodcumg, \*retro est, efficies:neg Diffinget , infectiumq, reddet, Quodfugiens semelboravexis. Fortuna fano lata negotio, & Ludum infolensem ludere pertinan, Transmutat insertos honores,

Nnnc

Nunc mibi, nunc alı benigna. \* Lando manentem: fi celereu quatis Pennas:refigno, qua dedit: & mea Virtute me innoluo: probámg, Pauperiem\* fine dote quaro. \* Non est meum , fi mugiat Africis Malus procellis, ad miferas preces Decurrere: & votis pacifici Ne Cypria Tyriag, merces Addant anaro diuitias mari, \* Tunc me biremis prefidio fcapba Tutum per Ægaos tumultus Aura feret.geminúfg, Pollux.

TYRRHENA REC. PROG. ] Mæcenatem fignificat, ab Etrufcis regibus oriundum, ve diximus fup. Od.I. lib.I. Macenae atanu edite Regibus. & Prop. lib.3. Macenae eques Etrufco da fanguine Regum, Intra fortunam qui cupu effe tuam, &c.

TIBI NON ANTE VERS. L. M. C. ČVM FL.&C.]tria le przecipuł apparalle oftedit:vinum, rolas, vnguenta.fic lup.Od.3.lib.2. Huc Vina, & Vnguenta, & nimsum brenou Flores amana ferre inberafa.

NON ANTE VERSO CADO] quid fit cadum vertere, & cadus verfus, ex Plauto intelligere licet in Sticho. Nolo ego nos pro fummo bibere:nulli relerimus posteà : Namque adepol quamuio de subito vel cadus vorti potest : & Virg. Eneid. 9. Indulgent vino, & vertunt crateras aenos. & Lucil. Vertitur anophoru sundus, sententia nobu. Horat. sat. 8. lib.2. Inwertunt Alisanu vinaria totz. Vinum igitur è cado promturi cadum vertebant : & ita exhauriebant, seu vinum depromebant.

- PRESSA]ideft, ex qua oleum expression est, quod balaninum appellatur. per glandem igitur pressam, oleum balaninum ex glande voguentaria expression significat.

TVIS CAPILLIS Vteo vnguento tui capilli delibuti niteant.,

BALANVS balanus, glansvnguentaria. Plin. lib. 12. cap. 28.

Æs VLAE ] Æfula oppidum in colle fitum, Tyburi propinquum. Æfolanos commemorar Plin.lib.3.cap.5. Quare malim hic legi, Æfola. quamquam ab codem Æfulani, feu Afulani codem loco referuntur.

ET TELEGONI IVGA PATE.]id eft, Tufculum item in colle fitum.de quo multa Strabo, lib.5. De Telegono autem feribit Homeri interpres M.A. recentiores poëtas ea, quz Telegono Vlyflis & Circes filio dicuntur, confinxifie, nempe ab eo, cùm in Ithacam patrem quz- 227 rensvenifiet, imprudente patrem effe interfectum.

FASTIDIOSAM COPIAM]quæ fastidium parit. nam Putet aper, schombúgue recens, mala copia quando Ægrum follicitat flomachum, vt eft Saty.2.lib.2.lup. Od.1. huius libri, dominum, terra fastidiofum dixit, qui terræ fastidio afficiatur. Omnino copia satietatem, satietas fastidium parit.

MOLEM PROPINQ. NVBIB.]ædificia ad eam altitudinem perductam, vt nubeis attingete videantur. supr. Od. 15. lib. 2. regias moles appellauit.

MVNDAE] neque fordidæ, neque nimis opiparæ, & fumtuolæ, vt Sat. I. lib. 2. Mundæ erit, qui non offendet fordibas, atque in neutram partem cultus mifer.

SOLLICITAM EXPLIC. FR.] ademerunt curas triftitiam discusser discusser and the second 
IAM CLARVS OCCVLTVM]videtur hîc Alcæum elle imitatus; cuius extant hi verfus apud Athen.lib.I.& 10.Tisle πούμοιαε οιτη, το 30 άσροι αθειτί Μεται Η Α' όμη γαλεπί, πάται ' Οιψά του and μου me. quibus verbis hæc fere fententia exprimitur, Madefacito pulmones vino. Aftrum enim oritur feruidum : anni tempus graue & moleftum eft, omnia præættu fitiunt, & alibi, Πίnu μου το 20 άσροι αθειτί Μεται. fignificatur autem æftatis aduentus:

L iij;

AN DROMEDAE PATER ] Cepheus Andromedæ pater ex Calliepéa vzore, de quo fic Arat. Aviros 100 na rimos riev zuvor se, dos a prils Kudols a portes gries gries deviers isteris, id est, lpfe breuem pasulu manibus fiat post Cynofuram Cepheus. Andromeda autem repolui, secutus libros veteres.

ET HORRIDA DVMETA SILVANI]ita kriptum reperi in duobus lib. Vatic. & Iann.alij habent horridi, e.c. vnus, horrida Dumeta filuarum. ego probabiliorem, meo iudicio, (cripturam fecutus fum.

CARÉTQUE RIFA]cod. Achill. Statij *caret quà*, quam kripturam non memini me vlquam reperifie.

REGNATA CYRO BACTRA]Bactra, in quibus regnauit Cyrus. notauimus hoc genus loquendi fup.ad Od. 6. lib. 1. & regnata peta m Laceni Rora Phalanthe. Strabo Bázley. nominat numero fingulari lib. 2. Ára: eis Bázl (a. rlu) rí λu, &c. Plin. Bactra numero multitudinis, vt Hor.

TANAÏSQUE DISCORS] cur discors?an quòd cum Mæotide palude Asiam ab Europa disterminat? an quòd desinens in duas se parteis findit, vnáque in Mæotidem paludem, altera in Cimmerium Bosporum influit? an quòd Scythæ & Sarmatæ, per quos fluit, continua inter se bella gerunt? an quòd Parthi, seu Medi, Tanaïvicini inter se discordant, & seditiones agitant? eóque minus Mæcenati de rep. laborandum est ? quod postremum placet Passerio: confirmátque simili loco, qui est Od. 8. huius libri, *Mitte cimilais super Sobe curas. Occidit Daci Costo*fonis agmen. Medus infessus sibil luctuos si Dissi de tarmis.

PRVD. FVT. ΤΕΜΡ. EXIT.]nihileft hac fententia tritius.eam fic complectitur Pindarus eid. of. Olymp. σύμβολοι d' έπω ks iπηχθυτίων πιστι αμφί πεαξιος ios eduins, di fer 910 fer. τ j μειλόνπων ππήφλωντωι φορίδω, id eft, nullus dum mortalium certam rei futurz notam divinitus confecutus eft:& futurorum cognitio eft obscura.

VLTRA FAS TREPIDAT]vltra id, quod ei licet.laborat, i. le cura rerum futurarum macerat, vt Od. 16. lib. 2. Latus in prefens animus, quòd Sitrà esf, Oderit cura re.

A E Q V V S ]id eft, z quo animo, annot. ad Od. 3. lib. 2.

CETERA FLVM. RITV FER.] ea tantùm, quæ præfentia funt, in noftra poteftate funt fita, eáque noftro arbitratu componere, & moderari poflumus, inquit. cetera autem vel Dei immortalis voluntate, ac prouidentia administrantur, & horum caulæ funt æternæ ac neceflariæ vel temerè, arbitrióq: fortunæ eueniunt, & horum caulæ funt fortuitæ. dico autem hæc de philofophy um fententia. Quemadmodum autem fluuij, qui nunc lenis & pacatus est: nunc rapidus & Molentus, cursum moderari non possume. Lic neque rerum futurarum naturam, quæ interdum tranquilla est, fedata, læta, optata: interdum concitata, & turbulenta, & mortalibus calamitosa, atque aduersa immutare fas est. Sæpe vtuntur poëtæ hac torrentis similitudine : fed varie. Virg. Æneam armorum sonitu & fragore è sonno excitatú cum pastore confert, è montis vertice torrentem ingenti cum murmure præcipitantem, omniáque scum trahentem, exaudiente. Æneid.2. Excutior fomno, & summ saftigia testi Astense (upero, atque arresta auri-

218 ribus afto: In fegetem Seluti cum flamma furetibus Auftris Incidit, aut rapidus montano flumine torrens Sternit agros, fternit fata lata, bouing, labores, Pracipiteifque trabit filuar, ftupet infcius alto Accipiens sonitum faxi de vertice passor. Sic Lucret.lib.1.vbi disputat de primis corporibus, docétque ea cerni non posse:ventorum affert similitudiaem, qui cum oculis non cernatur, arbores fternunt tamen, & mare turbant, & concitant, non aliter (inquit) Quam cum mellu aqua fertur natura repente Flumine abundantisquod largu imbribus auget Montibus ex altis magnus decurfus aquai, Fragmina conjiciens filnarum, arbuftáque tota : Nec Galids poffune pontes Senientis aquai Vini (ubitam tolerare:ita magno turbidus imbri Molibus incurrens Salidu eum viribus amnu: Dat fonitu magno ftragem, voluitque fub vndu Grandia faxa: ruit, quà guicquam fluttibus obstat. & Hom. in. A. Aiacem in prælio viros, equosque sternentem cum fluuio torrente comparat, גו של משיח שאילשי חד העושי אי הלומילו ושל דורי גרועלומו אשר ליי מור לשו לא שיל ליי μαρος Διός όμωρη. Πολλακ ή δρώς αζαλίας, πολλακ δί τι σούκας Είς φέρεται, πολλόν δέ τ' άφυσχατοι οίς αλα βάλλ ( Ως "i φιπ κλοτίων πιδ'or Gn φαίδιωs Aïes. quorum verfuum hec fententia elt, Quemadmodum aurem cum Auuius torrens extra ripas luas effusis in campum delabitur è montibus præcipitans, cæleftibus imbribus auctus, Multas autem quercus aridas multaíque piceas (ccum

lecum trahit, multum limum in mare coniicit: Sie elarus Aiax campum turbans hofteis infequebatur.itém que Diomedem iλ. 6. Θιώι 20 κμπτδί οι ποταμοξ πληθυν πιοικώς Χέμβέμα, &c.id eft, furebat autem per campum Diomedes flumini torrenti exundanti fimilis. quos versus adumbrasse videtur Virg.lib. 2. Æneid. Non sie ag geribus ruptis cum spameus amnis Exist, opposité que euicit pargite moles, Fertur in arus furens cumulo, campoj que per omneus Cum stabulis arments trabit. Horatius quoque Od. 2. lib. 4. Pindarum cum tali fluuio comparat. Monte decurrents velut amnus, imbres Quem super notas aluere ripas, Feruet, immétis áque ruit profundo Pindarus ore. Idem Od. 14. eius den libri, Claudium Neronem eius moli, fauit, horrendang, cultis Diluuiem meditatur agru: VI Barbarorum, 60. Sie Homerus is. 7. Vlyssis orationem cum niuibus hibernis confert. An of an si para rupa alues is for sit. Sie Homerus in fauit, soften cum eius hibernis confert. An si on do sit para rupa alue cus sit. Sie Homerus is an super dataru securitar site nuitus si bartar agrus. VI Barbarorum, 60. Sie Homerus is A. 7. Vlyssis orationem cum niuibus hibernis confert. An si on do sita rupa alue cus site site site site and site agrue. Aluer eigev. Ouz aŭ ŝa tri doven securitar salas.

NVNC MEDIO ALVEO]quidam libri veteres habent nunc medio aquore.

CVM PACE ] hoi wa, nov zwe, leu nov zn: leniter, quiete, placide.

DELABENTIS] fieeft legendum, non, dilabentie. & ita feriptum reperi in duobus cod. Vatjcanis, Don. Faër. Vrf. Torn. Ruffar. Nicot. Cleric. & nonnullis impression.

IR RITAT]irritandi verbumvnicor. Icribendum effe aliquando exiftimaui, tamquam à verbo irafcor, feu ab ira ducatur. Ied cùm in omnibus tibris calamo feriptis reperiatur feriprum irritare, Faër. Vrl. Don. Torn. ceteris, hoc loco Irritandi fine vlla litura: & cum Plin. & Colum. vtantur verbo provizzadi, à fententia defeifeo. Eff autem irritare proprié iram commouere, & concitare. fortaffe à canibus iratis ductum. ipiéd di cunt Grzei. ex que excitare interdum fignificat. M. Tull. Philipp. 7. irritari Antonium non oparimit. Brutus ad Att. nefcio.guid feribam stibisnifi Snum, pueri & cupiditatem. E locentiam potisis efferiritatam, qu'am compreffam. Ter. Adelph.ne fi magis irritatus fiet, aliquà ad patrem boc permanet, at que ego inne perpetuò perierim. Plaut. Amphit. Nam fi me irrita fisshodie lumbifragium hine auferes. Hot. in epift. ad Pifon. Segnius irritant animos dimiffa per aurois, & c. Irritat ammesis autem tranflate dictum efficuits tralationis hae cratio eft. fluuius imbribus auctus dum arbores fecum rapit, & ponteis difturbat, & fata lazta boúmque labores diluit, iratus effe videtur, quia homo inatus poteffatem & facultatem nactus talia faceret. At qui irafeendi caufam dedit, irritaffe dictur. Ita diluuies ex imbribus orta, qua fluuio torrenti tantam vim, tantúm que impetum pràbet, fluuium ab Horat. dicitur irritare.

ILLE POTENS SVI, LAETUS QTB] imegnis imenei liber, & folutus omni cupiditate, & vacuus ab omnibus animi morbis: compos sui.

IN DIEM VIXI jerebrò monet Hor.vt in diem viuamus, i.vt bonis préfentibus & paratis, atque in noîtra potestate sitis fruamur:vt Od. 16. lib. 2.

TROIAL PROPE' VICTOR.] cur propè victor ? quia Hectorem interfecit, quo facto facilius Troia capi potuit, vt Od. 1111. lib. 2. & ademtus Hector Tradidit feßis leutora tolli Pergama Grain.] Victorem autem non dixit an λώs quia ante Troiam captam à Paride interemtus eff, idque Apollinis impulfu. Virg.lib. 6. Aneid princip. Phabe grauses Troia femper miferate labores, Dardana qui Paridis direxfit tela, manúsa, Corpus in Eacida. Sed quid locutus eft Achilles, quod Apollinem offenderit? id fortaffe, quod eft apud Homer. iλ. χ. in princ. Nam eo loco Achilles minatur Apollini fe de co pœnas fumturum; fi poteftas detur, Troianis autem fui recipiendi facultatem, spatiúnq; dederat Apollo Agenori fimilatus. sic Hom. Ho ao noujulus, a posicius qui s ya mapin.

ALTAE] ihidd. o. aintion AGAispor & alibi (zpius Tpoins ainto AGAispor. & oduos. y. autrip inei : agidygio notion forthi oughy ain lu. Virg. lib. 2. Ancid. ruit alto à culmine Troia.

PHTHIVS]Phthia Achillis patria: quod quidem noum eft velex illo vulgatiff. Homerivere fulà. 1. Hugen xev reidire offilio iel Contoringiulio, quem fic Latinè reddidit M. Tull.lib. de diuin. I. Terria me Phthia tempeftas latz locabit.

THETIDOS MARINAE. Nereifiliz. Nereus autem Deus marinus.

MORD. VELVT ICTA FERRO,&c.] lic Homer iλιάδδ Simoisium Anthemionis filium. ab Aiace Telamonio interfectum, & lethali vulnere accepto cadentem, cum vlmo comparat, quam curru um opifex ferro ableidit. Homer. δδι chagring χαμαί πίστ αίγλε & ώς, &c. Et in. 2.

Digitized by Google

Pij

. 251

#### CARMINVM

tat, l'ulneribus donec paullatim enicta superiora fupremum Congemuit, traxity, ingis auuls ruinam. posvitove coll. in Pvl. Tevcro]ideft, occubuit.fimiliatuntilla. Turpe solume

ILLE NON INCLVS. EQUO MIN. SACR.] id eit, fi Achilles vitam vsq; ad Troiam captam perduxiller, neq; à Paride A pollinis hortatu, atq; impullu interfectus effet: non per dolos, neq; per infidias Troianos inopinanteis, & fecuros oppresiillet: sed primum eos aperto Marte cepislet, deinde omnem in eos immanitatem effudillet.

EQVO] in hoc equo totius Græciæ principes inclusi, Menelaus, Vlysses, Diomedes, Pyrrhus, Mneitheus, Teucer, alisque complures Troiam igni, ferróque vastarunt. de quo sic Homerus יאטעה. א. ואדא טיו בובט, וי טיו אונדא המידוב מפרקט אבצילויי; דפטינסי קטיטי, אל איצפע קופידדה, id cit, in cquo ligneo.in quo infidebamus Grzcorum principes, Troianis czdem, & interitum inferentcs. & δ.τοι οί ήδη αρακλυτον άμφ' όδυσηα ΕίαΓ όνι τζών άρορη χεηφλυμρούοι ιππφ.id eft, Vlyffes 2utem,& qui cum co erant, fedebant in Troianorum contione, feu conuentu, teu fenatu equo teti.& d. Autrie فت جاج المعرمة موجد معام معلى من مرفي Entor , Apyelar oi denso, id eft, verin cùmin equum descendimus, quem Epeus fabricatus est nos Græcorum optimates, &c. Virg. Æneid. 2. Inftar montis equum divina Palladis arte Ædificant, coc.lequitur mox, Huc deletta virúm fertiti corpora furtim Includant caco lateri. M. Tull lib. 2. de oratore feribit, ex Ifocratis ludo, tamquam ex equo Trojano, meros principes exisse dem pro Murena, de Catilina, eiúsq; copiis, ac lociis lo quens, oftendénsque coniurationis Catilinar x contagionem ad plureis pertinere, neque omners illius iceleris participes com Catilina ex vrbe exiisle: led intra monia reftitisfe: magnopere deniquemetuendas elle infidias, latim patet (inquit) illim fcelern contagio, qu'am qu'aquamputat, atg\_adpluress pertinct. Intess, intess, inquam, est eques Troianes. & in oracione pro-M. Cœlio, eo loco, quo loco de amatoribus Clodiæ verba facit, quos illa in quibusdam latebris delitescere : deinde, cùm venisser Licinius, qui venenum, quo ipsa necaretur, traditurus erat, profilire, & hominem coprehendere iufferat: querit: quonam modo latuerint, aut obi: alueusne ille, an equus Troianus fuerit, qui tot inuictos viros muliebre bellum gerenteis tulerit, ac texerit... Plautus Bacchid. totam hanc equi Troiani fabulam fub Chryfali ferui perfona, multis verbis perfequitur:eámq; ad rem, quæ agitur, facetiflimè accommodat. Lucreiius hunc equum, durateum appellatlibt.1. his verbis, Necclam durateus Troises Persama partu Inflamma sfet equas nofturno Graingenarum.idem autem valet duraceus apud Lucretium, quod Plautum ligneus. Eundem Paulanias durium nominatum elle tradit eodem ferè nomine : Epeiq; fuille machina bellicam ad verberandos ac perfringendos muros comparatam. Paufaniæ verba funt hæc Atticis: ίππος ο ημλέρθυ Ο δέρει 9 ακά zen ται χαλησύς. η ότι μου τό ποίημο τέ Επιού μηχανημο ίω κε אביאטמוז היט דריאפטג, פולטי ליוג גא העמועי והוקנט זהו לעוצוי טאלטומי. אוארדע ז וג דו כאואייד וא איז איזי איזי Um spour ou sis au no. meorin ) no oi muftes of grodus, id eft, equus durius qui appellatur, areus, dedicatus eft. Hoc autem opus, Epei machinam fuitfe ad muri Troiani euerfionem comparatam intelligit is, qui non putat Troianos prorfus ftolidos ac ftultos fuifle. Aiunt autem in illo equo Gracorum proftantillimos & fortillimos incluíos fuisle. Et verò æris figura , plauèita fe habet. Tum Mnestheus & Teucer caput ex co proferunt : & przterea Thesei filij. Appellatur co-

dera-

۱

d em quoque nomine apud Éurip. Troad, fed alia ratione : "אוי הפלה משילאאי שהו אגאאל אוי אגאאל איז אין אג אושי וה השר גאטיאלט שי לגפט, id eft, vnde à posteris durius equus appellabitur, quòd lignum feu hastam ligneam abicondiram contineat.

MINER. ŠAC. MENT.] id eft, quem finulabant Græci à le fabricarum effe, vt Palladem offentam placarent Virg.Æu.2.Votum pro reditu fimulant.ibid.Hanc pro Palladio monstispro nu mine laso Effigiem statuére, nesau qua triste piaret.

MALE' FERIATOS] intempettiue, & magno luo malo otianteis, quia tum non debuerunt ferias agitare, nec otiofi este. M. Tull. ferè lemper feriatum pro otiofo ponit. de natura deorum 1. deum sic feriatum volumus cessarione torpere, vt., si se commonerit, vereamur, ne beatus esse non posses. & de orat. 3. sic illi à negotis publicis aut temporibus exclusi, aut voluntate sua feriatis ére. Plaut. in Milite gloriolo. tibi ego dies, feriatus ne sis.

FALLERET | lateret, in Anger an.

A V L A M J. Homer. المعدد, Homer. المعدد, Homer. المعدد, Homer. المعدد, Homer. المعدد, Homer. mi,& ita totam vrbem.

PALA'M CAPTIS] aperto Matte, non infidiosè captis. libri aliquot veteres habent. Sed pa-

GRAVIS]scerbus, fæuns, immitis, derdes, ann hens.

- NESCIOS FARI] nescios fandi, infanteis virna rizra, inia d. B.& d.

ETIAM LATENTEIS MATR. IN AL.] fic Agamemnon apud Hom.iλ. Ζῆπε Menelaum hortatur, ne quem quam Troianum pretio accepto suis incolumem reddat, ac ne pueris quidem parcat adhuc custodia ventris materni septis. Homeri verba sun har, τῶν μήπε τῶν κάτο μάτο πων ἐλιβρο, Χαισάδι ήμετί ess, μπθ, örbra ματί es μήτης Κῶρον isr & φίζει, μπθ, is φύχοι, κλι άμει πάνπου λιβρο, Χαισάδι ήμετί ess, μπθ, örbra ματί es μήτης Κῶρον isr & φίζει, μπθ, is φύχοι, κλι άμει πάνπος ιλικ ίξα πολοίατ ἀ κάθετοι, κζ ἄφαιζε.

POTIORE ALITE melioribus aujbus, melioribus auspiciis. vide Od. xv. lib.I.

MVROS] Romanos. ductos autem muros ita dixit, vt Græci Araguía reizy.

ARGVTAE] argute canentis, canorx, fonorx.

LAVIS]lauas sicloquebantur veteres, & ita semper Horatius, vt annot ad Od.111.lib.2.

QVI XANTHO LAV. AMNE] tale est illud. supr.Od 1111. lib.3. Quirdre puro Castalià lasuit Crineis folutos, qui Lycia tenet Dumetz, co-c. Xanthus Troiz fluuius. Virg. lib.1. Æneid. prime qu'am Pabula gustassent Troiz, Xanthumg, bibissent.

DAVNIAE Latinz vt fupr.Od.I.lib.2. Daunia cades.

LAEVIS]imberbis.vt fupr.ad Od.11. lib. 2. annotauimus. [Αγη Øs etiam dictus eft Mercurius.quia Mercurij fine membris fingebantur, & in viis collocabantur γ φω 2 πλ μίλη.vide Vlp. in orat. Ξ. μιιδ.]

AG YIEV] Apollo, A yydo's dictus eft maes rais à yaai i id eft, vias feu plateas.appellant autem ay yai Elei ris i is i diluai un ya he shi o ya i id eft, appellant Elei ay yai, ea angiporta, 'quz dicuntur ab Athenienfibus summi. Mec Paulanias Eliacorum lib.t. commemorat.idem Paulanias Apollinem Ayyia in Corinthiacis. Docet Suidas, effe etiam iyyia columnam in acumen definentem, quam pro foribus collocant : taleis autem columnas à nonnullis Apollini facras dici: ab aliis Baccho, ab aliis virique. Idem mox feribit, Ayyias apud Atticos, fortaffe effe aras, quz ante z deis priuatas poni folent : Et ay yia effe etiam columnam ante zdium atrium & veftibulum, coni formam in extremo prz fe ferentem. Hunc locum in libris vulgatis, qui habebant Agyles, iam olim corruptum effe viderat P. Bembus, vir clariff.

SPIRITVM PHOEB. MIHI fupr. Od. x vi lib. 2. mihi parwatura, & Spiritum Graiatenuem camæna Parca non mendax dedit.

VIRGINVM PRIMAEJulia Augusti filia, Marcella Marcelli, & Octauia fororis Augusti, filia: vel Iulia, & Agrippina neptes, ex Agrippa, & Iulia.

PVERIQUE CLARIS PATRIB. ORTI C&L.nepotes Augusti.

DELIAE TVTELA DEAE] qui effis sub tutela Dianæ, venatricis, & iaculatricis: seu quos Diana tuetur.idem sensit Catullus aliis verbis, carm. sæcul. ad Dianam, Diana sumus in side Puella, & pueri integri. Iurisconsulti cos ad suam tutelam peruenisse dicunt, quibus desit esse tutor, & qui ipsi per se res suas administrare, & tueri possint: sed Horatius hos principes pueros, & virgines Dianæ tutelam appellat, quia sub eius sunt tutela.aliter Od. XIIII. Augussium Italia, Romag, tutelam : & epist.i.lib.t. Mæcenatem rerum tutelam succession appellat.

COHIBENTIS] id eft, percutientis, & vulnerantis, feu configentis lyncas & ceruos fugienteis,& ita cohibentis, ac reprimentis.

LESBIVM]Sapphicum.Sappho enim Lesbia fuit.

t

LATONAS PVERVM]Apollinem Latonz filium. Exquo Latoum appellat Od. xxx1.lib.s.

Ruorum autem pro filio ab Horatio Grzcorum more víurpari interdum folere, alibi obferunuimus, lectorémque admonuimus.

NOCTILVCAM] lunam nocte lucentem. Varro lib.4. de lingua Latina, imq, ea ditta Notiluca in palatro namibi nottu lucet templum. Fortalle expressive princetum vue to autori, quod vsurparat ante Simonides, vi intelligere licet ex quibusdam eius versibus, qui reperiuntur apud Dionys. Halicarn. quod annotauit Muretus, ab Achille Statio admonitus.

PROSPERAM ERVGVM]ineft in nomine prosper interdum vis quzdam agendi, vt hoeloco: & apud M. Tull.lib.6.de repub. Deinde est hominum generi prosper, & falumris ille fulgor, qui dicitur Ionis. prosperam fingum igitur interpretor, finges prosperantem. suo more autem junx t hoe nomen patrio calui.

CELERF MQVI FRON. VOLV.] celerem Voluere genus eft loquendi Horatio familiare; quod Ode octaua annotabimus:id eft, celerem in voluendis menfibus, vel celeriter voluentem menfeis.hoc eò pertinet, quòd Luna 28.circiver diebus orbem fuum conficit : quod eft fpatiummenftruum: ex quo lunam Græci uluiu, & uluius menfeis appellant. Vide quæ annotata funt ad Od. x x v 111.lib.3.ibi, celerin fpic. Cynthia.

PRONOS]epist de arte poët. V t filua foliu pronos mutantur in annos.

SAEC. FEST. REF. LVCES Janno centelimo, aut centelimodecimo, vtinfrà dicemus. DIIS AMICVM]φιλοι, ideft.gratum, atque acceptum. fupr. Od.x v11.lib.2. Nec diu amicumstec mihi te prime Okire, Macenas, mearum Grande decus, &c.

REDDIDI] puod accepi, reddidi, id eft, cecini, recitaui. vide annot. ad Od. x1. huius libri.
 254 DOCULIS MODORVM] ego, quæ studiosè, & facilè didici versus, seu cantus Horatianos.

## AD L. MANLIVM TOR-QUATUM. Od. 7.

#### ARGVMENTVM.

Veris aduentu, & aqua omnibus hominibus moriendi condicione fine fpe reuiuilcendi, omniúm que rerum mutatione & vicifitudine propolita, inuitat ad hilariter, iucundéque viuendum.

> D'ffugere nines, redeunt i am gramina campis, Arboribúsq, come.

Mutatterravices, & \*decrescentia ripas,

Flumina \*preterennt.

Gratia cum Nymphu, geminisg, for or ibm andet: Ducere nuda choros.

Immortaliane speres, monet annus, & almum. 'Quarapit hora diem..

Brigora mitefcunt zephyris : ver proterit eftas Interitura, fimul

Pomifer autiunnus fruges effuderit : & mox Bruma recurrct iners.

Damna tumen celeres reparant celeftia Lune: \*Nos vbi decidimus

Quòpim Anéas, quò Tullus diues, & Ancus: Puluis, & umbra fumus.

Quis feit, an adiiciant hodierna craftina \* fumma Tempora Dij fuperi ?

Eunsta manu auidas fugient heredu, amico \* Que dederis animo. (um semel occideris, & de te splendida Minos

Fecerit arbitriaz



Non.

Non, Torquate, genus, non te facundia, non te Reflituet pietas. Infernis neg, enim tenebris Diana pudicum Liberat Hippolytum: Nec lethea valet Thefeus abrumpere caro Vincla Pirithoo.

DIFFVGERE NIVES] Veroi temporis descriptio. Est & alteralib. I. Od. 1111. Soluitur activ. biens, & c.

Сомав frondes, vt fuprà Od.111. huius lib. Et spissa nemorum coma. Sc Od. x x 1. lib. 1. Vos latam fluuiu, concorum coma, corc. honorem appellat Od. x 1. epod. Hic tertine december, ex quo dessiti Inachia surere, Siluiu honorem decutit.

MYTAT TERRA VICES.]ideft, mutatur anni tempus.fit in terris temporis commutatio, & vicifitudo.

ET DECRESCENTIA, RIPAS,&C.]idelt,flumina, quz niuibus, & pluuiis hibernis creucrant, nunc decrefcentia, intra alueos filos, & intra ripas fuas labuntur, & fluunt. hzc enim vis eft verbi praterire hoc loco, vt & Od. x1. lib 2. quu puer ocyus Reflinguet ardensus Falerni Pocula pratereunte lympha? & Tibull. Sed canis aftiuos ortus visare fub vmbra Arboris, ad rinos praterenntus aqua. Contrà Od. 11. huius lib. Monte decurrens velut amnus, imbres, Quem fuper nota aluere ripas.

GRATIA CVM NYMPH.&C.] Paulanias Bœoticis, complureis enumerat Gratiarum imagines, & flatuas à veteribus pictoribus, ac fictoribus pictas, & fictas. sua autem ætate miratur cur fingantur, & pingantur nudæ. nos supr. Od. x x x. lib.1. rationes aliquot probabileis attulimus. Cum hoc loco congruitid, quod eft Od. x 1 x. lib.3. Gratia Nudus iunita fororibue. & Od. 1111. lib.1. Iunitaá, nymphu Gratia decentes Alterno terram quatiuns pede.

DVCERE NVDĂ CHOROS] Gratiz nudz fingebantur, vt fuprà diximus : fed hicideò fortaffenudz choros audent exercere, quia *frigor a mitefcunt z ephyris*, vt ait tribus pòft verfibus.

IMMORTALIA NE SPERES] fæpe nos deterret Pindarus à fpe, & cogitatione immortalitatis, iubétque ea & fperare, & optare, quæ in nobis fita funt.vt Pyth. κάλγ. μά φίλα ψυχά βίου κάβαίνα ποι συ είδδι ταν οξί μ. πεακξοι αύ τλα μοχαιαν, id eft, ne care anime, vitam immortalem expete: led facilem & in poteftate tua positam hauri & experire machinam. & item κίδ. ίπλη ίδη. quem socum testem producemus infrà Od. x 1. huius libri. Annus (inquit Horat.) in quo magnæ exsistunt varietates, & qui certo dierum numero aliquando clauditur, ac terminatur: menles, dies, hora, monent nos ne immortalia speremus.

MITESCUNT ZEPHURIS] mitigantur à vere cuius nuntij funt, & prodromi Zephyri, feu Fauonij.

VER. PROT. AEST ]idelt,ver lequitur æltas,atque ita lequitur,vtpedem pede premat,& tandem proterat,& confumat.

INTERITVRA] que interitura eft, fimul atq: auctunnus fruges & fructus pepererit. s1Mv1] fimulatq:,fimul vt.vide annot.ad Od. 1111.lib.1.

POMIFER AVCTVNNVS] luprà Od. XXIII.lib. 3. Pomifero graue tempus anno. Scribie Feftus, quos dam exiftimare auctunnum ex co dictum, quò d tum maximè augeantur opes hominum coactis agrorum fructibus : quod fi verum eft, fcribi debet auctunus, feu auctunnus, non autumnus.

BRVMA REC., INERS] Virgil. Georg. 1. *hiems ignaua celono*. luprà Od. 1 x. lib. 2. glacies iners. Nonnulli libri manuscr. habent *recurret*: quos fequor.

 vigeiter Unter. quos versus fic Latine reddidi ludibundus. Eheu: cum femel in culto malua arthe borto, Aut Sinax apium, foliumque Sirentu anethi: Vere reusus fcunt, alium & nafcuntur in an. num:Nos autem magni, & fapientes, atque potentes, Vt femel occidimus: fub terra lumine cafi Dorminus longum,immen/um, sternumque foporem. Homerus omnium antiquiffinus, vtfacilius, qui volet, disputare, ac desendere queat, nihil hodie dici, quin prius sit dictum, effeque in omnium noftrüm animis innatas, atque inlitas communeis qualdam, & generaleis fententias: ix . sub Achillis persona ait, pecudes boues equos, tripodes que i, comparari, & red:mi posse: animum autem hominis, posteaquam femel è corpore euolarit, numquam emisfum retrahi, numquam recuperari, numquam reprehendi posse, id est, numquam eum, qui mortuus sit ab inferis poliz excitari. Verlus Homeri lunt hi : Animi usi jaje ne Biss @ iqua unita , Kruro j reinoδές τα, Ε΄ ίπ πων ξαυβά ημοίωα. Ανδρός ή ψυχή παλιν έλθειν οὕτε λεισή, Ού9 ελετή, επεί αρκεν άμει ψεται ings offerrar. Non diffimili admodum ratione queritur Tibullus lib 1. pueritiam, & florem atatis reueri numquam vbi femel defloruerit. Crudeles Diui: ferpens nouus exuit annos : Forma non Silam fata dedere moram. Solis aterna est Phalo, Bacchóque iunenta. Nam decet inton fue crinu Strumque Deum. Lunas autem celereis dixit, quia breuillimo tempore orbem foum metiuntur. fupra Oda 28. lib. 3. & celeris foicula Cynthia.

Qvò PIVS ÆNEAS, Qvò TVL&C. in eum locum, quò, & c. ad inferos voluit dicere: fed vel extenuandærei tam formido! ofæ: vel confolandæ condicionts humanægratia, ita locutus eft. Nam, qui dicit eundem effe, quò Æneas quò Romulus, quò Themistocles, quò Socrates, quò Plato, molliore oratione vitur, quàn si difertè diceret, moriendum effessimu'q: magnum affert tali oratione folatium ei, quicum loquitur, cum ille codem tempore cum animo suo cofiderat, sibi non effe recusandum, quo miuus eadem, arque illi c'arisfimi, & præstantissimi viti, condicione vtatur. fic loquitur epist. ad Numicium lib. *in e tamen restat, Numa quò denenis, Ancus.* lege annot. ad Od. 23. lib. 1. lectorem non celabo in cod. Facen. & aliquot aliis, quos in Gallia nactus sum pins Æncas, raptos qui ex hoste penatus, & c. Neque tamen alteram damno. Nam etiam hoc epithetum Æncæs tribuit idem Virg cod. lib. Iam pater Æncas, & iam Treiana innentus. Caltum appellat Horatius carmine seculari post epod. Cassus patrias fuperfes.

PVLVIS ET VMBRA SVM.]Pleni funt veterum fcriptorum libri huius festentiz. Soph.in Aiace, Ορώ γδ ήμαζ si dir ör πες άλλο, πλίω Erduλ, örsing ζώμμ, ñ 1900 μίω σχιαό. id eft, Video enim, nos, qui viuimus, nihil aliud effe, præter quam imagines, aut vmbram leuem. Pindarus duo inaniflima coniunxit inter fe: vmbram, & formium. Ait enun, homines effe vmbrz formium, eið.n. Πυθ. i παίμεροι. πi di 195, πεί i šπς; σχιαζι διαρ αύγρω ποι, id eft, diurni fumus. quid refert fimus, an non fimus? vmbrz formium funt homines. Athenzus lib. octauo verfus aefcio cuius poëtz profert: quorum hac fententia eft: fuadere om nibus mortalibus, vtin diem viuant, volo. nam hominem mortuum, effe nihil, & vmbran fub terra. verba illius poëtze non nominati funt hac, Παστ θηπισι βάλομαι σαρασιέσαι, Τέμφήμεροι ζην ήδεω: όχο βαιούν το μπου το μπου το μαδιά και στο χθρούς. Theogenistem animum fuum hortatur, vt fefe tantifper dum viuit, oblectet, quando z-

<sup>50</sup> ras fuccedat ætati, aliíq; hominescitò orituri fint : ipfe autem puluis, & cinis futurus fit. Térmi μοι φίλεβυμέ, πάχ' αὔ πρις άλοι "σου & Ανόρις. ' Ιου '' βαιών γαῖα μέλαιν '' όσομαι. Anacreon fimiliter, Ολίγη δι καισήμεβα Κόνις ἐ τέων λυβέντων, id eft, Exiguus autem puluis iacebimus offibus folutis. & in epigr. Græcis, củ d' Αγέρου Ο σέαν γασοδίη παρ βένε κεισόμεβα, id eft, in inferis aute offa & cinis, ô virgo, iacebimus Eurip. in Protefilao apud Scob. κ' βαώμ' "λιξας βιητών ὅ'ω δυςυχ εῖν, Αυβρωπός δι πνεῦμα, κ'ς σκιὰ μόνον, id eft, nihil mirum dixifti, homini nato fortunam aduerfari, ac reflare. homo enim ventus eft, & ymbra folum.

HODIERNAS

NODIBRNAE SYMMAE] id eft, ad numerum, aut multitudinem dierum, quos vsq: zhhodiernum diem vizimus.cod. Faër. Iann. Tornef. Raïnut. Card. & duo Vaticani habent Vita, non; fumme.alij, tum ij, quibus in Italia vius fum.tum ij ferè omnes, quos in Gallia na tus fum, quibufeum omnes vulgati confentiunt. fumma, eósq; fecutus fum : non quòd alteram illam fcripturam improbem: fed quod hæc vulgata videatur mihi quodammodo venuftior, & magis Horatiana. Eft enim tralatio vel à nummis, vel ab aceruis frugum, & fimilifi rerum. Sat. 4. lib. 1. quin per mala praceps Fertur, Sui pului collectus turbine, sue quid Summa deperdat, metuens. & 3. lib. 2. Quantulum enim fumma curtabit quing, dierum? & c. M. Tull. deoffic. 1. Addendo, deducendog, Sidère qua réliqui fumma fiat. Idem pro Rofcio comœdo, Non refert parua nomina in codicem? Immo omnois fummas. & cita ferè locutus eft Od. 1111. lib. 1. Vita fumma breuie ffem sos Setzt inchoare longam.

CVNCTA MANVS AVIDAS,&c.]ideft;eaomnia, quz tu in curando corpore, & explenda libidine confumferis, tua erunt, neque ad heredem pertuenient, qui tuis bonis auide immi-net, atque (vt ita dicam) inhiat. Planè hæc fententia cum iis , quæ sardanapali fepulcro litteris Chaldaicis fuisfe inferiptatradit Athenzus lib.12.confentanca eft. ea autem funt huiusmodi, וֹזָשׁ וֹלבר לט הדי, ד' באבוי ושבאי קשי דיס אוֹגע וֹקבאי ג'דירי, אָקרים לוסוב הדי אולשי די אבר גער אינג אור אינ ອາ ζώσι οἱ αθβρωποι, κζ τῶζο πολλαζ ἔχοιζα μιζαξολαζ, κζ καιο παθείας: κζ ὅτι,ὦι αν καζαλίπο άγαβῶτ, ἀλ~ λοι έξουσι ται δαπλαύστε διο και ώ μέσμι έδεμίας παι είλιποι τέδο ποιών, id eft, ego regnaus, & quam-النه mibi lucu و المنه معنه وقل , ei , bibi , rei Venerea operam dedi , cùm (cirem & perbreue (إف جنta humana curriculum , & in hoc multas rerum commutationes , & calamitates incide: ب G, qua bona reliquero, corum bonorum fructum alsos percepturos. Quocircà nullum diem intermifi, quin hoc agerem. Verborum autem illorum amico animo, eam, quam dixi fententiam effe, Græcorum teltimonio vincam, à quibus Latini hoc genus mutuati lunt. fic enim loquuntur illi, φιλη ψυχη zeeiζι Sau, id eft, caro animo obfequi, aut gratificari, pro, libidini fua fermire. Simonides apud Stobzum, Ninter, ois rowin warry in the is inter soft of inters, as your is it is in set ذك ings Gry This, at a to The yes for Bione with the yes You is a safe of the safe is a safe of the safe is a s nos quidem vertimus, Stulti, mens quibus est talu;nec,quanta iuuenta,Et vita humana quam breus hora, tenent. Tu Scro bac doctus, bona, donec Sincre perges, Obdura caro gratificans ansmo. Theoer. Hierone, έχ κόλ πλέπου Φρονίουση διασις Αλλά το μου ψυχά, τό ζι καί πιν δουδαι αοιδών. id eft, non eft hic diuitiarum víus, leu fructus, aurum domi conditum leruare: fed alteram partem animo, alteram poëræ alicui donare.& apud Athenæum, Bacchida ille, qui confimilem , & geminam Sardanapali vitæ vitam egit, ita loquitur in ea inferiptione, quam in fepulero fuo incidi iufit? Πιν, φάγν, κ) πάνζα το ψυχα διβο, id eft, ede, bibe, & omnia animo largire. Aque ita Latini Grzcorum exemplo animum vlurparunt. Plautus Aulular. egomet me fi audaui, Animumque meum, Geniumque meum. Idem Bacchid. Paullisper, Lyde, lubido est homini animo obsequi. Iam aderit tempos, cum sese etiam ipse oderit: Idem Mil.glor. mco animo morem gero. Idem in Trinummo, fi animus hominem perculit, actum est, id eft, fi libido à ratione auersa: quem locum aliàs explicabimus. Terent. Adelph. Vxor, si ceffes, aut te amare cogitat, Aut tete amari,aut potare,aut animo obsequi.

MANVS AVID. HER.] Sat. 3. lib. 2. Auidus sam hac auferet hares.

C v'M SEMEL OCCIDERIS,&C.]vbi lemel mortuus fueris, reuiuilces numquam, cum 34-7655 fit a941a 65, vt inquitille apud Athen.

NON TE RESTITVET PIETAS fic luprà Od. XIIII. lib.2. Eben fugaces, Postume, Postume, Labuntur anni mec pietas moram Rugin, & instanti fenesta Afferet, indomina g, morti. habet autem hac repetitio, Non geuns, non te facundia, non te, &-c. quam Graei ai adin hour vocant, multum venustatis. Sic Sappho. con sin nga acis en con in nga. id est, non amplius ad te ve-

Digitized by Google

niam, non amplius veniam.lege que annotata funt fuprà ad illum locum, *Ibimun, ibimun, et e.* Od. x v 11.lib.2.

INFERNIS NEQ. ENIM TENEBR.&C.]Pallasapud Homer. iduos. y. ait ne deos quidem immortaleis ab eo, quem carum habeant, mortem arcere, aut propulsare poste, his versibus, Am μπι μπιμένω (μι μια μίαν τόλ γιοί ως Και φίλο ανόβι διαίαν ται αλαλαίμου, &c. quos supra testeis produximus ad Od. x x 1111 lib.3.

LIBERAT HIPPOLYT.] Theseus Ægei filius Hippolyto ex Antiopa Amazone suscepto, Phædram Minois filiam duxit vxorem. Ille vxoris in filium infidias veritus, Hippolytum Træzenem amandauit, vt illic regnatet. Phzdra autem illius amore incenfa, primum Veneri templum confectauit Athenis, vt cam fibi placatam, propitiámque haberet, quod posteà Hippolytéum appellatum est : Deinde Trœzenem profecta, speransse iuueni persuasuram, vt secum rem haberet : ab cóque malè accepta, ac repudiata, dicitur crimen, quod erat ipfius proprium, in illum transfulisfe, Thefeoque renuntiali : se ab illo de stupto esfe appellatam. Thefeus re crodita, Hippolytoiratus, cum treis ei optiones dediffet Neptunus, filij fui interitum optauit. Neptunus autem Hippolyto fefe quadrigarum curriculo exercente, repente belluam marinam in equos immilit : cuius alpectu territi, Hippolytum distraxerunt, lege Euripidis Hippolytum coronatum. Sed quod hîc negat Horatius Hippolytum à Diana liberatum effe, nihil videtur ad rem attinere, cum Pindar Πυδ. «δ. γ. eum ab Æ culapio ad lucem, vitámque ab inferis reuocatum effe auro accepto tradat: atque ob id Iouem iratum fulmen in vtrumq; mififfe : alij autem in Ælculapium folum: quod confirmat Paulan. Corinth. his verbis : Tour This six six s finge ap-eft,huius columnæ válctiptioni confentanca dicunt Arcienfes : nempe mortuum Hippolytum Thefei diris precibus ab Ælculapio effe ab inferis excitatum.& Plato lib.3. de legib. المتنافعة المعانية المعادية μαμ φασι Ασκληπιοι είναι τοπό ή χρυσού πι βίω αι πλούσιοι αι όρα βαιάσμοι ότζα λάστως. έζει δι κεραιid eft, Apollinis quidem filium aiunt effe Ælculapium , Sed cum auro adductum يتعافيه والمعارية والمعارية والمع effe, vr hominem diuirem moribundum ab interitu vindicaret : quo circa eum fulmine percuffam effe. Virg. lib. 7. Æneid. Namque ferunt fama Hippolytum, poffquam arte nouerca Occidedcrit,patriasque explerit fanguine panas, Turbatu diftractus equis : ad fidera rurfus Ætberia, & Superas cali venisse sub auras, Paoniu reuocatum berbu, & amore Diana. Hæcigitur non pugnarent inter le, Hippolytum non effe à Diana liberatum, quod dicit Horat. & cundem excitarum effe ab inferis beneficio Æfculapij : nifi adderet Virg. & amore Diana. Profert hunclocum Seruius ad Illum Virgilij.

NEC LETHE'A VALET THESEVS ABRVMP.&C ]de Pirithoo diximus fup.ad Od.1111 libr.3. ibi, amatorem trecenta Pirithoum cohibent catena. de Theleo vide Plutarchum in Thefeo.

# AD MARCIVM CENSO-RINVM. Od. 8.

#### ARGVMENTVM.

Nihil effe carminibus potentius ad fempiternam fui nominis memoriam posteris prodendam, atque ab obliuione hominum viadicandam.

> Donarem pateras, gratág, \*commodus, Denforine meu \*ara fodulibiu : Donarem tripodas, pramia fortium Graiorum : neg, tu peffima munerum \* Ferrei : diuite me feilicet artium,

#### 306

258

Qna

#### LIBER IIIL

Oum ant Parrhafins protulit, aut Scopas Hic faxo, liquidu ille coloribus \*Sollers nunc hominem ponere, nunc deum. Sed non hac mihi \* vis: non tibi talium. Resest, aut animus deliciarum egens. Gandes carminiben : carmina pollumus Donare : & \* pretium dicere munerie Non incifa notis marmora publicis, Per que piritus, & vita redst bonis Post morrem ducibus : non celeres fuga Reieltag retrorfum Annibalis mina, Non incendia Karthaginis impia, \* Eins, qui domita nomen ab Africa Lucraturediit, clarim indicant Landes, qu'am Calabre Pierides : neg., Si charte \* fileant quod bene fecerie, Mercedem suleris. \* quid fores Ilia, Manortisg, puer, si taciturnitas Obstaret meritis innida Romuli? Ereptum Siygius fluctibus Acacum Virius, & fauor, & lingua potentiums Vatum d'uitibus confecrat infulis. Dignum laude virum Musa vetat \*mori: \* Calo Mulabeat fic Ionis interest Optatis epulis impiger Hercules. \*Clarum Tyndarids fidus ab infimie Quaffas eripiunt aquoribus rateis. Ornatus virids tempora pampino Liber vota bonos ducit ad exitus.

NATERAS] pateræ in poculis erant (inquit Varrolib.4. de lingua.)à patendo dictæ. COMMODVS] Sic reperi scriptum in duob.cod. Vatic.longe optimis, & lannoct. & vno Niotiano,& Danielis,& vno Ruffardino,& præterea meo , alıj cum vulgatis confentiunt , qui ص mnes(præter Aldinos) habent commodie. Ego ita priorem feripturam amplexus fum, vt tamen vulgatam præfertim ab aliis veteribus codie. confirmatain, non damnem fed hæc certè mihi videtur elegantior, Horatióg; familiarior : quam fic explico, Davarem commodur, id eft, in co me comodum preberem & in co commodus effem, quòd donarem pateras meis fodalibus, & c. Jam verò cómodi dicuntur ij, qui fete ad aliorum mores vel fuo iudicio accommodant, vel funt accomodati natura,&qui aliis facile,& libenter obfequutur,& profunt.Cie.pro Murena,Neme. Catone proavo tuo commodior,comior,moderatior fuit ad omnem rationem humanitatu.ldem de amieit. Qui autem commodus fuerint mortbus, cos prosperis rebus immutari. Idem frumentar. santang, babebas morum fimilisudo coniunctionem, aig, concordiam, St Apronius, qui aliu mhumanne, ac barbarne, ifi Some commoder ac deferre Suderctur. Horat.in epiftol.ad Pilones, Spondées flabileu in iura paterna recepit Commodus, c-patiens.&in epift.ad Auguft. commodue viero Arceffas. Terent. Heauton. mulier commod set facetor bac est meretrix. Plautus Milit. gloriolo, vel connina commodue. & Pœnulo, commedos conninas. Seluious appellant Græci. Donarem commodue autem ex illo genere est, cuius illa sunt, ne parce malignue, Parce negligens. Si veneror ftultan, & fimilia, qua annorata funt ad Od. vIInlib.3.

ABRA] figna zrea, statuas zreas: vel valu zrea affabie facta, & antiqua.epist.ad Numic. Inunc, argentum, & marmer Vetum, arág, & artous fuspice. & Satyr. 4. lib. 1. finget Albim are. & Satyr. 3. lib. 2. Quo Vafer ille pedes lanifit Styphus are.

TRIPODAS, FRAEMIA FORTIVM Jexemplum eft apud Homerom.ined. 4. Aone d' and a miene piper, id eft, dedit autem focus magnanimis

Qu

fæminam agete, & tripoda ferre, ita Hefiod. iey. 25 ήμει cuius verf. mox proferemus. Iterum Homer. i.i. idd. i. i μir d' c'e παίντιστι στε καλυπά δύρ ότομήτω : Επί' άπύρους τζιποδας, δίτος ή χούστιο πάλαθω, &c. quos Homeri verfus fic videtur adumbralle Virg. Æneid. 9. Bina dabo argento perfeta atg. aspera fignus Pocula, deuista genitor qua cepit Arusba : Et tripodas geminos, auri duo magna talenta. Iterum Homer. id. e. dúsel d'e n ir 24 φίριοζ, Hi τινα τζιπόδων σύχάλαων, it λεθάταν Hi d' ' ήμιόνους, it χρύσζοι άλωσον: dabit autem tibi vnum quidem ferre, Aut aliquem tripodem ex ære. aut lebetem, Aut duos afinos, aut aureum poculum.

FERRES]auferres, acciperes, vt fupr. Od. x v1. lib.3. à Diu plura feret. & epift. ad Iul. Florum lib.2. no temere à me Quiun ferret. Idem ead.epift. Grandia laturun meritorum pramia. & epift. ad August.cod.lib. Munera.qua multa dantu cum laude tulerunt. & Satyr 1. lib.2. multa laborum Pramia laturun. & epift.3. lib.1. Prima feres edera Sistiricu pramia. & epift.17. eiusd.lib. Coram rege suo de paupertate tacentes Plun poscente ferent. fic loquuntur & Græci. Hefiod. ier. sy 'une infa un outor of other scino of intervention of the theory of the pramia science of the 
259 ceffillem, tulisse tripodem auritum, seu ansatum. se Virgil Æneid. 4. magnum dat ferre talentum.

DIVITE ME SCILICET ARTIVM,&c.]ideft, sabundarem fignis & tabulis pickis.

PARRHASIVS]pictor clarus, Atheniensis : vel, vt alij volunt, Ephesius. de quo Xenophon. λπμιημαισμ.γ. είσιλζων μ ζαές ποτι αχός παιρέστων τον ζωγεάφον, κζ. 2 ζαλεγόραμ@ αυτιβ,&c.& Plinins lib.35.cap. 6.& cap. 10 Itatim à principio capitis.

SCOPAS] [tatuarum fictor: cuius opus commemorat Paulanias Corinth. Herculem è laxo. Idem Atticis opera omnium præstantistima vel ipsius artificis iudicio, Satyrum, & Cupidinem. De codem Tullius lib. 1. de Diuinatione, Fingebat Carneades, in Chiorum lapidicinis faxo diffifo caput extitisfe Panifei. Credo, aliquam non diffimilem figuram, sed certe non mlem, st eam faet. um à Scopa diceres.

HIC] Scopas.refertur enim ad id, quod propius abeft.

LIQVIDIS ILLE COLORIBVS ille, Parrhasius.

S o L L E R S ] follers dictus, quafi نما کا کونت, id eft , totus ars, feu virtus. Itaque prior fyllaba rectè feribitur duobus ll, vt producatur : vel à voce Ofca follo, id eft, toto, & arte, inquit Feftus.

SOLLERS NVNC HOMI. PONERE]ideft,follers in ponendo, hoceft, in fingendo, feufaciendo homine. frequens est Horatius hoc loquendi genere: quod à Græcis fine dubio manauit. folent enim ita loqui, dende xigde, ingerde moier. Æfchylus in Prometh. Aende 28 dipeir nait alunwiwr, mopor, id eft, follers & callidus ad inueniendam viam , & facultatem etiam in rebus impediris, & pane inexplicabilibus. Plutarchus de Catone maiore, hous our fuites, id eft, fuauis in congreflibus. Homer.in. 1. Taopo st'ap un profer gelir, in afing Pridin, id eft, folfa nequead transiliendum, neq; ad transcundum facilis. Libet autem mihi hoc loco Horatiana omnia, quæ ad hoc genus pertinent, colligere, ac fub vno veluti afpectu ponere. Od. x11. lib. 2. Blandum & auritas fidibus canoris Duccre quercus ibid. superare pugnis Nobslem. Od. x. eiusd. Callidum, quicquid placuit, socofo Condere furto. Od. x1. eiusd. feire nefas.nisi quis malit illud feire, perinere ad verbum quesierus, Od. x x x v. Brafens Sel imo tollere de gradu. ibid. Ferre ingum pariter dolofi.Od x xx v 11. eiusd. quidlibet impotens Sperare.Od. x 1. lib. 3. Tig, teftudo refonare feptem Callida norus. Od. x11. ciusd. catins iaculari. ibid. celer excipere. Od. 111. ciusd. Aurum errepertum (pernere fortior, Q Ram cogere humanos in V/ue. Od. x x 1. eiusdem. Segnésq, nodum foluére Gratia.Od. XXIX.eiusd. Ludum infolentem ludere pertinax. Od. 111.libr. 1. Andaxomnia perpeti gens humana. in carmine faculariad Deos post epod maturos aperire partas Lewis Ibitbyis.ibid. veraces ceciniffe Parca. Od. v1. huius libri. celeréma, pronos Volnere menfon. Od.x1111.eiusd. impiger hoftium Vexare turmas.Od.1111.lib.2. leutora tolle Pergama Grain. Od. 11. hoc libro.niueus Videri. Od. x11.eiusd.lib. Curas eluere efficax.ibid. Spes donare nouae largus.epift.ad librum fuum lib.1. Irafci celerem.& epift.ad Sczuam cod. lib. fundas nec pafcere firmes.Satyr. 4.lib.1.durus componere verfus. ibid.psger feribends ferre laborem.Satyr.8.lib. 2. Ridiculus totas fimul obforbere placentas. Sat. 7. eiusd. hb. Responfare cupidinibus, contempere honores Fortus. & Od. x vi. epod. Nefas Videre. & epist ad Quinctium. Fonsetiam rino dare nomen idoneus. de art. poët. amata relinquere pernix. ibid. for amine pauco Afpirare, & adeffe choris crat Stilis.ibid Cereus in Sitium flects.

PONERE] fingere facere, miñ, n firm. Sie enim Græci fæpe n firm, quod valet ponere, pro facere vlurpant.

SED NON HAEC MIHI VIS fednou est mihi hæc facultas, seu potestas, sava µs: seu copia.

RES

RES] res familiaris : aut quia abundas, aut quia non defideras, vt declarat id, quod sequitur.

ET PRETIVM DICERE MVNERIS] zflimare munus, & indicare quanti fit, non, vt vendamus tamen : fed vt fcias, quanti pretij rem accipias à nobis, nempe carmina. *muneru* antem, non *muneri* legendum videtur : & ita A cron & Porph Accedit vnius cod. antiq Vatie. auctoritas, & Tornef. & aliquot aliorum. Iam per munus perfpicuè carmina fignificat, quz fe donare pofle dicit.*muneri* tamen non damno : fi quis fortè malit : cum in pluribus codicibus antiquis reperiatur.

NON INCISA NOTIS MARMORA, &c.] hotum verborum fententia hæceft, Non ftatuæ marmorez, litteris & inferiptionibus honorificis notatæ, ceteráque monumenta à fenatu P. Scipioni Africano decreta, neque retractus Annibal ab Italia in Africam confilio & virtute P. Scipionis, non domita ab eo Karthago, clariorem illum reddiderunt, quàm Ennij poëma. Non enim omnes, qui res præclaras ac laudabileis gefferunt, iidem fui nominis memoriam pofteritati prodere potuerunt : fed ij demum, qui præconem aliquem fuarum virtutum, rerúmque geftarum nacti funt, vt dicemus ex Pindaro Od. proxima. non difimile eft id, quod ait epiftola ad August. lib. 2. Nec magu expressive per acnea figna, Quàm per vasis epus mores, animigg Virorum Clarerum apparent.

INCISA NOTIS PUBLICIS] verbigratia his litteris, S.P.Q.R. AD ETERNAM P. CORNELII SCIP. AFRICANI MEMORIAM.

PER QUAE SPIR. ET V. R. B.]idelt,quæefficiunt&præftant, vt boni&fortes imperatores mortui quodammddorenalcantur,&reuiuilcant.

BONIS] fortibus, e'an pis, ia hoir.

REIECTAE'QUE RETRORSVM] reuocatz ac retra@z in Africam.vide T.Liuium lib.28. 29:30 annal.

IMPIAE fordifrage, & contra fordera bellum renouantis.

EIvs, ov1,&cc.] P.Cornelius Scipio Africanus describitur. Coniunge autem, eine cum voce lander.

LVCRATVs]nam ob deuictam Karthaginem ei cognomen Africano ex virtute fuit. Satyr. 1.lib. 1. num Lalum, aut qui Duxit ab oppressa merisum Karthagine nomen, &c.

QUA'M CALABRAB PIERIDES] quam Ennij scripta, qui Calaber fuit, neque Rudius. Sic Pindarus Olymp nd.iwm. izerk d' αρν πλί@ κός αη Παρίδις Διός. id est, habent enim amplam laudem Iouis filiz Pierides.

NEQVE, SI CHARTAE SILEANT QVOD, &c.] filitteris (inquit Horatius) non mandentur rectè facta, præclaráque faciqora: nulla erit corum merces, nullum præmium : erunt autem tenebris fepulta fempiternis. Hanc fententiam fplendide, fane, atque ornate perfequitur Pindarus Nem. carm. feptimo, hoc modo. Magna corporu vires, magnad, animi virtutes, ab bymnu & laudationibus derelicta denfis tenebru circumfunduntur. V nicum est autem rerum fortiter geflarum speculum, quo videlicet illa posteritati prodantur, atque immortalitati commendentur, & confectentur, carmen à docto aliquo poeta conferiptum, quod illarum rerum laudes, tamquam laborum pramia, complettatur. Verba Pindari lunt hæc, τωὶ μις μίναι γδ' ἀλκαὶ αυστίν πολιωῦ ψιιων ϊχονκ διορθμαι. μορος ή πελοξί διοπηξεω διαμθμ ἐνὶ σωὐ τζόπυ, κἰ μνημησιώας διακά λυ παιοψικυτης confertur ns ἄποινα μόχ, ψυ κλυταξι ἐπίων ἀοιδαίs.

QUOD BENE FECERIS] tua in remp. benèmerita : tuas res gestas, reipublicæ vtileis ac salutareis.

MERCEDEM ] αποιτα μόχθων vocat Pind.carmine illo 7.quod fuprà protuli.& alibi μιθο.fic ille, ποί φαρ Φ ή αγαθοίσι μιθος έπος.

TVLERIS]abstuleris, acceptris, vt luprà annot.

QVID FORET ILIAE, MAVORTI'S QVE PVER Romulus hanc fententiam videtur et Theocrito, nominibus dumtaxat immutatis.expressions for an approximation of the appr

Digitized by Google

cos Homeri cantus ab obliuione vindicaffent. fic Tibull lib. 1. Carmine purpures off Nificoma,carminani fint, Ex humero Pelopis non nituiffet ebur.

DIVITIBUS CONSECRAT INSVIIS]confectatimmortalitati.fic&Od.xv1.epod.arma, beate Petamus arma, divitois & infulas. usudeen viorus vocant Grzci.

CAELO MYSA BEAT in czlocollocans beatum efficit annotatum ad Od. 111. lib. 2.

SIC IOVIS INT. OPTATIS, &C.] Vlyfles apud Homer. id. A. Alcinoo narrat, fe Herculisidolum quidem apud inferos vidifle : ipfum Herculem autem cum ceteris diis immortalibus fuauifimis epulis oblectari, Iouísque & Iunonis filiam Heben in matrimonio habere. Vetba Homeritunt hæc : rin y μετ' είστνοι τα βίω Heguzaesia. Eldudor Aŭris y μετ' άλοι πισ γεδιτ πήπιται co y κλιης κy iyd 19 μετ' είστνοι τα βίω Heguzaesia. Eldudor Aŭris y μετ' άλοι πισ γεδιτ πήπιται co y κλιης κy iyd 19 μετ' είστνοι το βίω Heguzaesia. Eldudor Aŭris y μετ' άλοι πισ γεδιτ πήπιται co y κλιης κy iyd 19 μετ' είστνοι το βίω Παϊδια Διός μεγάλοιο νη Hητς χουσοπτάλα. Hocidem feribit Hefod. in Theorem. his verbis. Holu 1 αλαμαίνες 19 μετ' άλοιο νη Hητς χουσοπτάλα. Hocidem feribit Hefod. in Theorem. his verbis. Holu 1 αλαμαίνες 19 μετ' άλοιο νη Hητς χουσοπτάλα. Hocidem feribit Hefod. in Theorem. his verbis. Holu 1 αλαμαίνες 19 μετ' άλοιο νη Hητς χουσοπτάλα. Hocidem feribit Hefod. in Theorem. his verbis. Holu 1 αλαμαίνες 19 μετ' άλοιο νη Hητς χουσοπτάλα. Hocidem feribit Hefod. in Theorem. his verbis. Holu 1 αλαμαίνες 19 μετ' άλοιο νη μητο χροσοπτάλα. Hocidem feribit Hefod. in Theorem. his verbis. Holu 1 αλαμαίνες 19 μετ' άλοιο νη μετ' άλοιο το μετ' αποροπτάλα. Ολοι 9 η ότα μερα το α γατιά τα το ποίο το αραίτα απή μεσιος το αλαγία πάτη με θετ' άλοιο το αραγία τα το τη το το το αλαι τη theorem. Theorem theorem το celo nactus eff Alemenz filius, duris laboribus perfunctus. Fortunatus, qui magna re gefta inter immortaleis habitat, malorit, & fene cturis lemper expers. Pindarus tem Nem. eld. a. Tirefiam facit cùm alia, tùm hæc de Hercule vaticinante, αε præd centem, multis cum exhauftis laboribus, omni reliquo tempore otiolium, quietúmqi γιείταιτα. & μομαιτίο Decorum immortalium commortantem & e pulantem Hebes nupuis po. itu. um. & μομαιτίο Decorum immortalium commortantem & e pulantem Hebes nupuis po. itu. um. & μαφιά το δατίμες χουτίνι σικαν αιδα ξιο μαδιος άμαι το τοι το τοι τοι το στισι σι αιστισι στο το δοι άμαριστου εκία, τύλαο τοι τι στος

IMPIGER HERCVLES ] supr. Od. III.libr. 3. Sague Hercules. infrà efficacem dixit Od. III.epod.

TYNDARIDAR Gaftor, & Pollux, quamuis Caftor, Tyndari: Pollux, louis effet films, clarum fidue autem 27 oud fort. lucida fidera dixit numero multitudinis Od. 111. lib. 1. Sic fratres Helena lucida fidera. Eodem pertinent illa ex Od. x 11 eiusd. lib. puerósg, Leda, Hume equestlum fuperare pugnis Nobilem : quorum fimul alba nautís Stellu refulfit : Defluit faxis agustim bumor, erc.

ORNATVS VIRIDI. TEMP. PAMP.] Liber.cui tempora funt ornata pampino, carminibus počtarum in cælum fublatus, & deus factus, ab hominibus imploratus, & precibus fatigatus, eorum preces ad bonos & fecundos exitus perducir. Ex eo quòd Baccho vota faciun't homines, intelligimus cum deum effe factum : deus autem factus eft carminibus počtarum, vt extrema cum primis confentiant. fuprà Od. x x v. libr. 3. dulce periculum est, O Lenae fequi deum Cingentem viridi tempora pampino.

# ADLOLLIVM. . Od. 9.

## ARGVMENTVM.

Scripta fuz numquaminteritura. fine poetarum ope, virtutem obliuid-' ne lempiterna deleti. fe fuis verfibus tes à Lollio gestas memoriæ proditurum. Laus constantiæ, abstinentiæ, & ceterarum virturum-

\*Æ066

Digitized by Google

N E forte credas interitura, que Longo jonaniem natus ad Aufidum, \* Non anto onlystas per arteis Verba loguor focianda chordis : Non, forteres Muoniu tenet Sedris Homerus : Pindarica latent, Ceag, & Alcai minaces, Stefichorig, granes camena. Nec, fi quid olim lufit Anacreon., Deleust atas. spirat adhuc amor: V.uúntg. commifi calores

#### 310

\*Æolig fidibnspnelle. Non fola comtos arfit adulteri Crineis, & aurum vestibus illitum. Mirata, regaleisg, cultus, Et comites, Helene Lacana: Primúsve Tencer tela Cydonio Direxit aren : non femel llios " Vexata : non pugnauit ingens Idomeneus, Schenelúsve folus Dicenda Musis prœlia : non ferox Hector, velacer Deiphobus graneis Except ictus pro pudicis Coningibus, puerisg, primus: Uixerefories ante Agamemnona Multi: sed omnes illacrymabiles Urgentur, ignotiq longa Note: carent quia vate sacro, \* Panilum sepulte distat inertie Celata virtus.non ego te meis Chartis inornatum filebo, Tétue tuos patiar labores Impune Lolli carpere linidas Obliniones.est animus tibi Rerúmq, prudens, & fecundis Temporibus, dubius q, rettus, Vindex anara fraudus, & abstinene \*Ducentis ad se cunsta pecunia, Confulg non unius anni, Sed quoties bonus, atg. fidus Index honeftum pratulit vtili : 🕑 Reject alto dona nocentium\_ Dultu: Sper obstanteis cateruas Explication function arma. Non,poffidenten multavocaueris Rette beatum: rettins occupat Nomen beati,qui deorum. Muneribus fapienter vti, Duráng, callet pauperiem pati: Peińsą, lesho flagitium timet : Non ille pro caris amicis, Aut patria timidiu perire.

NE FOR TE CRAPAS] vine forte credas, &c. Non, fi priores, &c. hzcenim pendent ex iin fun fequie parur, vi flatim dicemus.

LONGE SONANTEM NATVS] ego Horat. de Aufido supr. Od. vlt. lib. 3. sayr. 1. lib. 1. Aufidus ater. Si son ficat su carmina immortalia futura. quamuis alios ante se poetas præstantiores stuffe fatea ur: quemadmodum poetarum, qui post Homerum scripserunt, multo ille inferiorum script manent, & viduat.

Non ANTE VELGATAS PER ARTEIS nouis, & inufitatis artibus, quia primus fum poca Lyr Cis Laiaus, vi lupra Od, ylt. libr. 3. Dicar, &rc. ex humili perene Princeps Belinne

Digitized by Google

carmen ad Italos Deduxisse mo.los. & cepist.ad Mzcen.3. libr. L Libera per Vacuum posus Vestigia 262 princeps. & Od.111. huius libri, Romana sidicen Lyra.

VERBA LOQVOR quidam librivet. habent Verba loquar : quos non sequer.

SOCIANDA CHORDIS]Lyrica, ad lyram canenda.in cod. Raia. Card. fcriptum eft, nerusi. non clauditur autem hîc fententia, fed cohærent hæc verba cum iis, quæ deinceps fequuntur, hoc modo.vt ne fortè exiftimes, verfus meos proptereà, quòd non fum poëta Latinorum primus, nec Epicus, fed Lyricus, interituros: non continuò fi Homerus primum in poëtis locum meruit, Pindarus, Simonides, Alcæus, Stefichorus, Anacreon, Sappho funt obfcuri: ita non, fi principem inter poëtas Latinos locum non obtineo, quem Ennius occupauit, exiftimare debes, nullum mihi, in quo confiftam, effereliquum. Non enim accipiendum eft illud ne quafi fit prohibentis parcicula, vt diximus, fed vt valeat vt non.fic Od.1. libr. 2. Sed ne relitiv Mufa procax iocis, Cea retractes munera Nania, Quare modos, & c. & epift.de arte poët. ne fortè feniles Mandentur iuueni partes.ibid.ne forte pudori Sittibi Mufa Lyra follers. & Od. 111.lib. 2. Ne fis amcilla tibi amor pudori, & c. & Od. x x x 111.lib. 1. Albi, ne doleas plus nimio memor, & c.

MAEONIVS.]Lydius supr.Od. VI.lib. 1. Maony carminu alite.

iATENT]obscurz funt.

CEAEQE]Simonidez. fupr. Od. 1. lib. 2. Céa retractes munera nania. quo loco notauimus, Simonidis pracipuam virtutem fuille in commouen la mileratione, Quinctiliano tefte citato. accedat, fi voles, Dionyl. Halicar. de codem teftimonium. Supavida j magaripu thi cadayla Tën droughtur tës ouvferus thi droibenan. medis turns (ngd 8 Bidhur diofanttur ed Itodigu) to izhile X un pusado mërmës, sis onen Grand and Manies, id eft, Simonida autem delectum verberum ebferua.compositions concinnitatem accuratam praterea (in quoetiam Pindaro prastat) ratonem miferationis commouenda non magnifice. Stille, fed dolenter, Simonidi cautem ballet. Ian, quod ad huius loci fententiam pertinet, fie M. Tullius in perfecto orat. Prima enim fequentem boseflum est in fecundus, tertiisque confiftere. Nam in poets mon Homero foit locus est (st de Gracu loquar) aut Archilocho, aut Sophocli, aut Pindaro : fed borum vel fecundus, vel citam infra fecundos.

ALCABI MINACES]minaceis Alczi camœnas vocat, quia Alczus non modò armis & ferto tyrannos perfecutus eft, verumetiam amaris & acribus ver fibus lacerauit, atq; infectatus eft. fupr.Od.XIII.lib.2.fed magu Pugnas & exactos tyrannos Denfum humeru bibit aure Sulgne.

STESICHORIOVE GR. CA.] Stelichorus, Tifias prius dictus eft, vt fcribit Suidas : Stefichorus poft: a appellatus, on x Jacquella acons segori sonor, id eft, quia primus cithara cantu chorum ftaruit, & ftabiliuit. fuit autem Himeraus : qua eft vrbs Sicilia. M. Tull. Verr. de iure dicundo. Erat etiam Stefichori poeta flatua, fenilu, incurna: fummo sot putant, artificio falla ab eo, qui fuit Himera: fed est. Statit tota in Gracia fummo propter ingenium bonore, Statina.

LVSIT ANACREON.]Teïus sup.Od.x VII. lib. I. & fide Teia Dices laborantus in Suo, &. Iusitautem, quia res leucis, & amatorias scripsir. sic Virg. in Tityro. Ludere, qua vellem. Horat. Satyr. 4. lib.I. Sbi quid datur oti, Illudo chartis.

DELEVIT AETAS] Anacreontis odas aliquot, maiorum noftrorum negligentia, & luperiorum temporum culpa fepultas, ac demerías, in lucem reuocauit non ita dudum Erricus Stephanus Roberti F.

SPIRAT ADHVC AMOR,&C. Jamor(inquit) quem Lesbia puella Sappho fais policifimis; & eruditifiimis verfibus lyricis mandauit, & commifit, nondum obliuione hominum fepultus eft. Quamquam huius poetriæ verfus nobis eripuit vetuitas. Extant tantum quædam corum fazgmenta pauca, ac minuta : & de ca Græcorum, Latinorúmque feriptorum teltimonia, quibus illius memoria ab hominum obliuione vindicatur.

CALORES]amores.Od.x1 huiuslib.Non cum pofibuc alia ralebo.Famina:

Non sola com tos, &c.]Posteaquàmostendit, sibi locum aliquem este inter poetas relictum, docet nuncidem ferè, quod oda superiore, quazcunq; vmquá fortiter, & praclare gesta tunt, corum memoriam ad posteres non fuisse pruenturam, filitteris mandata arq; ab aliquo welpoeta, vel quouisalio firiptore probato, ab oblinione vindicata 'no estencia dicat praterea, multa olim, magnáq; bella esse gesta, in quib. viri fortissimi intersurentit; quo su non su superiore, anuta olim, magnáq; bella esse gesta, in quib. viri fortissimi intersurentit; quo su non su superiore, tunta e o deleta ist, quia su su superiore, ac pracone caruerint. Athen. lib superima bella enumerat prater Troianum, propter mulieres constata ''cum quo ootimit illud; Sars. Ilb.i. Nam finitante Helenam cunnas saterrima bolle Can/a. Non sola igitur Helens Parites for mam capillos accurate pexos, & comtos, vesteis auro pictas, feulim bis aureis preteztas, cultum & Constant regis, com ita un deniq; tali duce digatum mirata artist amore. Nam vestua and malim ita accipi, vesti absolutum, mer actionem significer. Non sola (inquàm) Helens altenus wiriamore capta belli causam prabuit.

PRIMÚS VE TEVCER, &c. jaut non primus Teucer bonus fuitiaculator. Homerus de Teucro ixid.v. Toupós 9', ôs denses Axanio Tožosnin dia 2005 j & co sudin venim, id est, Teucérque, qui 236 optimus erat Græcorum iaculator & bonus miles etiam in pugna stataria. Menelaus autem apud Sophoclem in Aiace, Teucrum maledicti loco sagittarium appellat. Menel. o rožorns sonsor i enurest operio.

CYDONIO]Cretenfi Virg Gallo.libet Parthe torquere Cydania cormu Spicula.

NON SEMEL ILIOS VEX.] Ilios vrbs ipfa:Ilium arx vrbis: quamquam interdum Ilium pro Troia vfurpatur : vt fortafle lup.Od.19.libr.3. Et puemate facre bella fub Ilio & apud Virgil. principio libri 3. Æneid. cecidit que fuperbum Ilium. vbi Seruius hunc Horatij locum profert. Troiam ter obleffam effe traditum eft : femel ab Hercule: iterum ab Amazonibus: tertium à Menelao, & iis, qui eum fecuti funt.

IDOMENEVS] cùm alibi, tùm ixii d. r. licet præclara, & gloriofa Idomenei cognoscere facinora.

